Uermes. ⁊ tenebre. flagellum. frigus. ⁊ ignis. Demonis aſpectus. ſcelerum confuſio luctus. ¶ Pro quo ſciendum. ꝙ in inferno ſunt vermes cōtinue homines rodentes. ideo d̄r Eſa. ignis eorum non extinguetur. nec vermes eorum moritur. ⁊ ſic theologi dicūt ꝙ iſti vermes ſunt ꝓprie conſcientie animaꝝ in quib⁹ cognoſcūt ꝙ iuſte ſunt damnati. Secunda pena ſunt vmbre ⁊ tenebre exteriores. de quib⁹ habetur in euāgelio. ⁊ per illas vmbras intelligit̄ cecitas mentis. ſic ꝙ nō poſſent videre gaudia beatorū de quib⁹ ſunt truſi. Tercia pena eſt flagellatio in ſingulis membris ⁊ precipue in illo membro cū quo grauius peccauerūt. Sed quarta pena eſt frigus intollerabile. qꝛ dicūt doctores ꝙ duo oppoſita ꝯtraria ſtāt ſimul ī inferno. ſcꝫ maxima frigiditas ⁊ maxima caliditas. ⁊ ideo trāſibūt de aqua niuea ad calorem nimiū. vt dicit Job. Quinta pena eſt ignis incenſus q̄ nō p̄t extingui. vt d̄r euangeliſta. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in ignē inextinguibilem eijciatis eum. vbi erit ſtridor dentiū ⁊ fletus oculoꝝ. Sexta pena eſt aſpectus demonuꝫ qui eſt ita horribilis ꝙ lingua humana nō poteſt

eloqui. quia ſulphur ⁊ pix cum flamma ardente de ore ipſorum procedūt.
Septima pena eſt confuſio ſcelerum. id eſt peccatorum. quia ꝓpria pecca-
ta clamant ſuper eos. Octaua pena eſt luctus. id eſt clamoris. quem inde
ſinenter faciūt. Omnibus iſtis penis auditis duo diſcipuli ceciderūt ad
pedes ſancti Johannis rogantes vt miſericordiam conſequerentur. qui-
bus dixit triginta diebus penitentiam agite. ⁊ omniū virtutum gratiam
accipietis ſi in fide ꝯſtanter volueritis ꝑmanere quod ipſi fecerūt. et poſt-
modum martyres effecti ſunt. ¶ Circa terminos nota. tonitrus tonitru
et tonitruum idem ſignificant ſcilꝫ ſonum factum in nubibus de vtroqꝫ
patet in libro ſecundo metheororum. ⁊ ponitur hic in neutro genere ſub
ſecunda declinatione. Jtem mutuus a um. eſt idem qđ viciſſitudinarius.
Jnde mutuo aduerbium id eſt viciſſim

**Haurit virus hic letale vbi corpus virginale virtus ſeruat fi**

**dei ·Pena ſtupet ꝙ in pena ſit iohānes ſine pena bulliētis olei.**

Hic autor cōmendat beatum Johānem ratione aliquorum miracu-
lorum. Et diuidit in quinqꝫ partes ſꝫm ꝙ declarat quinqꝫ miracula. Pri-
mo dicens ſic (Hic iohannes euangeliſta haurit) id eſt bibit (virus) id eſt
venenum (letale) id eſt mortiferum (vbi) id eſt in quo hauſtu (virtus) id
eſt firmitas fidei ſue (ſeruat) id eſt conſeruat (corpus) ſcꝫ ſuum (virgina-
le) id eſt incorruptum ⁊ caſtum (pena) et ipſe punitor domitianus (ſtu-
pet) id eſt miratur. ꝙ Johannes (ſit in pena) id eſt doleo (feruentis olei.
ſed ſine pena) id eſt dolore

**Hic naturis imperat vt ⁊ ſaxa transferat in decus gēmarum**

**Quo iubente riguit auri fuluū induit virgula ſiluarū**

(Hic) ſcꝫ Johānes (imperat naturis) ſcꝫ rerū (vt trāſferat) id eſt trāſ-
formet (ſaxa) id eſt lapides (in decus gemmaruꝫ) id eſt ſplendidas gem-
mas. (quo) ſcꝫ Johāne (iubente) id eſt precipiente. illud (riguit) id eſt in-
duratum eſt. et (virgula ſiluarum) id eſt virga lignea (induit fuluuꝫ) ſplen
dorem ſcilicet auri

¶ Notandum. circa litterā expoſitā tanguntur tria miracula Primum
eſt veneni aſſumptio. Secūdū eſt feruentis olei euaſio. Tercium eſt ſpeci
erum tranſmutatio. De primo legitur in paſſionali. Cum beatus Johā
nes rediret ab exilio et verbū dei predicaret a ꝓconſule inuitabaꝛ vt dijs
immolaret. qui dū rēnueret in carcerē mittebaꝛ ⁊ venenū preparabaꝛ. quo
mediāte Johānes interficeretur. qui dum guſtaſſet virtute dei cooperan
te ſibi nō nocuit. ſed duos alios guſtātes interfecit. de quo infra diceꝛ qđ
dum vidiſſet proconſul miſit litteram ad Domitianum imperatorem in
qua ſanctum Johannem magum ⁊ ſacrilegum iudeorum ꝯtēptoreꝫ ⁊ cru
cifixi cultorē nominauit. iuſſu igiꝛ domiciani romanā adducebaꝛ. vbi oēs
capilli eiꝰ ꝓ deriſione abradebanꝛ. ⁊ ante portam vrbis que latine diciꝛ in
doleo feruentis olei mittebaꝛ. nullū tñ dolorem ſenſit. ſed illeſus exiuit. In

iſto ergo loco a chriſtianis ecclia fabricabat. ꝛ illa dies tanꝗ dies martyꝝ
ſolēnizat. et hoc tangit in ſecūda pte huius ſnie cum dr (pena ſtupet ꝛc.)
Sȝ ꝑ tercia pte eſt ſciendū. dū bt. Jo. duos iuuenes ad fidē chriſti ꝯuertit
et erogauerūt bona ſua paupib⁹ bt. Jo. ſequuti ſunt. q̇ quadā die viderūt
ſuos ſubditos ꝛ cognatos precioſis indumentis indutos ꝛ ſeipſos degen-
tes ceperūt ꝯtriſtari. qđ cū btūs Jo. ꝯſideraſſet ꝛ eos facie triſtes vidiſſet
virgas ꝛ lapides iuſſit auferri quos vel q̄s in aurū ꝛ in gēmas ꝑcioſas cō-
uertit dicens illis iuuenib⁹. ite ꝛ redimite vobis terras quas vēdidiſtꝭ. q̄r
celeſtia p̄mia ꝑdidiſtis. eſtote diuites tēporaliter vt in ꝑpetuū mendiceꝭ
et ꝯtinue ſubiūxit. O ſtulti ꝛ praui ad credendū. nō videtis ꝛ creditis ſi
diuitias mūdi vellē acceptare oēs lapides ꝛ montes in purū aurū virtu-
te dei poſſem tranſmutare. ꝛ hoc eſt qđ tangit tercia pars cuȝ dr (Hic na-
turis imperat) qđ eſt ꝯtra naturales q̇ dicūt ꝙ impoſſibile eſt aliquā ſpe-
ciem tranſmutare in aliam. Uerum eſt virtute humana ꝛ finita. ſed vir-
tute infinita ꝛ ſupnaturali eſt poſſibile. Uñ phus. Gaudeāt alchemiſte.
qm̄ ſpēs rerū trāſmutari nō poſſunt. Et ſtatim cū eis bt. Jo. ad locū ꝑue-
nit vbi mortuū ſuſcitauit. q̇ eis gaudia celoꝝ ꝛ tormenta dānatoꝝ enar-
rauit. quib⁹ auditis in fide ꝑmāſerūt vt dictū eſt in p̄cedenti ſententia.

¶ Pro declaratōe terminoꝝ nota. Haurio ſignificat ꝓprie aquā tra-
here de fonte. ꝛ eſt ꝟbum quarte ꝯiugationis. ꝛ tranſmutatur hic ꝑ ſu-
mere. ꝛ differūt haurio ꝛ aurio. vñ Haurio fontis aq̄s. hauſtus quoqꝫ dr
inde. Aurio ꝑcutiēs auriga dr inde. Haurio ſumit aquas. aurit qui vul-
nerat hoſtes. Itē virus eſt nomen neutri generis. ꝛ ſcat venenū. Item le-
tale dicitur quaſi mortale. Unde letum ti eſt nomen neutri generis ſub-
ſtantiuum carens plurali numero. et ſic ſumit Catho. Linque metum le-
ti nam ſtultū eſt tempore om̄i. Qui mortem metuit amittit gaudia vite.
et ſcat mortē. Iñ letatus. i. mortuus. Inde hic ꝛ hec letalis ꝛ hoc letale.
Item nota. in ſecūdo verſu ponit ter pena. Primo cm̄ ſcat penaȝ infe-
rentem. ſcȝ domitianū. Scđo ſcat penarū inſtrumentum. ſcȝ feruens ole-
um. Tercio ponitur ꝓprie prout ſcat dolorem. Item buliens eſt participi-
um huius verbi bulio. et differūt inter ſe bulio blictro ꝛ biblio. vñ⁹ Olla
bulit. vinū biblit. ceruiſia blictrit. Item fuluus a um. idē eſt qđ ſplendid⁹
et ſcat ꝓprie ſplendorem metalloꝝ

**Hic infernū reſerat morti iubet vt referat. quos venenū ſtra-
uit. Obſtruxit qđ ebeon cherint⁹ ꝛ marcion ꝑfide latrauit**

¶ Hic au. declarat mirabilia a btō Jo. facta. ꝛ dr (Hic) iohēs (reſerat)
id eſt aperit recludit (infernū) in quo erāt. et (iubet). i. ꝑcipit. ſcȝ predican-
do rectam fidem. ſcȝ diuina ꝟtute (morti vt referat) id eſt reducat. ſ. eos
(quos ſtrauit) id eſt interfecit (venenum ꝛ obſtruxit) id eſt deſtruxit. ſcȝ
illud (qđ ebeon cherintus ꝛ marcion). qui fuerūt tres heretici (latrauit)
inſtar canis clamauit ſcȝ quilibet eoꝝ (ꝑfide). i. ꝯtra fidem.

¶ Notandū in primo verſu diſtinctim tanguntur tria. ſcȝ inferni reſera-
tio. mortis obedientia. ꝛ mortuoruȝ reſuſcitatio. de primo dicitur in litte-
ra. hic infernū reſerat. qđ tamē eſt ꝯtra iura infernorum. quia ex ſacra ſcrip

mirã habemus ꝙ in inferno nulla eſt redẽptio. Sȝ ſanctus ioħnes illos iu-
uenes veneno interfectos ⁊ damnatione deputatos liberauit. ⁊ illas aīas
corporibꝫ ſuis reddebat. qꝺ ꝓ magno miraculo reputaṫ. De ſcꝺo ꝺꝛ in pſ.
Nũquid mortuis facies mirabilia aut medici ſuſcitabũt ⁊ ꝯfitebuntur ti-
bi. qꝛ ꝺt ꝙ poſt reſurrectionẽ xp̄i mors tãtam habuit poteſtatẽ. vt raptos
et morti deditos reddere non haberet. tamen beatus ioannes virtute di-
uina morti precepit vt duos iuuenes iam raptos redderet. qꝺ miraculuȝ
videṫ eſſe ꝯtra pħm in poſtp̄dicamẽtis vbi ꝺꝛ impoſſibile eſt a ꝓuatione
venire in habitum. quaſi dicat. impoſſibile eſt ſm curſuȝ naturalem reue-
nire de morte ad vitam. De tercio legiṫ in paſſionali. Poſtq̄ btũs ioã-
nes venenũ guſtauit ⁊ illeſus euaſit. ꝓconſul eſtimauit hoc venenum non
fuiſſe ſatis efficax duobꝫ iuuenibꝫ dedit guſtandũ. q̄ dũ guſtaſſent mortui
ſunt quos beatus ioannes a morte reſuſcitauit. ⁊ hoc fecit duplici de cau-
ſa. Primo ne ſanctus ioannes videreṫ eſſe cauſa mortis ipſoꝝ. qꝛ ꝓpṫ eua-
ſionem ſuam ipſi fuerunt veneno interfecti. Secũdo vt fides catholica per
eoꝝ reſurrectionem ꝯfortareṫ. Item nota dum btũs ioannes venit de
epheſum inuenit q̄ſdã hereticos q̄ fecerũt ſe tanq̄ ꝓncipes honorari. ſ. ebe-
on cherintũ ⁊ morteon. ab ebeon dicti ſunt heretici ebeonite ſic nũcupati a
pauptate. xp̄m eñ ꝑfectũ viꝝ ⁊ iuſtũ putant Unde ꝯpetenter tales ebeo-
nite a pauptate intelligentie ſunt appellati. vt vult Iſidorꝰ in li. ethi. Hi
eñ ſemi iudei ſunt ⁊ ita tenent euangelium vt legem carnaliter ſeruant.
Sed alij cherinthi q̄dam heretici a cherintheon nuncupati venerũt hi in-
ter cetera circũciſioneȝ obſeruant. ⁊ poſt mille annos in voluptate carnis
futura predicant. Sed a marteon q̄dam heretici martioniſte ſunt appella-
ti. q̄ cerdonis dogmata ſecuti alteꝝ bonum alteꝝ iuſtũ deum aſſerunt tã-
q̄ duo ꝓncipia creatoris ⁊ bonitatis. illi heretici plura ydola ad ſacrifican-
dum ſtatuerũt. q̄ ſanctus ioãnes deſtruxit. immo demones incluſos ad h̄
coegit ꝙ oīa ydola in ꝑtes minutiſſimas ꝯfregerũt Circa litterã nota
ebeon cherinthus ⁊ marteon ſunt ꝓpria noīa hereticoꝝ. quoꝝ vnũ eſt ſecũ-
de declinationis ⁊ alia duo tercie. Item ſtrauit idem eſt ꝙ interfecit. Unꝺ
ſterno eſt v̄bũ tranſitiuũ ⁊ ſ̄cat plura. vñ Sternitur equiuoce mare lectꝰ
aſellus ⁊ hoſtis. Sed ꝑfide eſt aduerbium qualitatis

**Volat auis ſine meta ꝙ nec vates nec propheta euolauit altius. Tam implenda q̄ impleta nunq̄ vidit tot ſecreta purus homo purius**

Hic autor ꝯmendat Ioannẽ de viſione ⁊ reuelatione diuine maieſta-
tis. Et diuidiṫ in duas ꝑtes. In ꝓma facit qꝺ dictum eſt. In ſcꝺa dirigit
petitionẽ ad beatũ ioannẽ. Scꝺa ibi. dic dilecte ⁊c̄. Prima pars adhuc di-
uiditur in duas ꝑtes. In ꝓma ꝯmendat btm̄ Ioannẽ ratõne viſionis In
ſecũda rõne celeſtis annũciationis. Scꝺa ibi. ſponſus rubra veſte ⁊c̄. Di-
cẽs ꝓmo ſic. Iohes euãgeliſta. ſ. exñs (auis) Cõpaṫ eñ aq̄le (volat). ſ. in-
genio ſuo (ſine meta). i. termino. ⁊ ſic ſine meta (ꝙ nec vates). i. gẽtil' ph̄s
vel ſacerdos (nec ꝓpheta) ſcȝ iudeoꝝ (euolauit altius) q̄ ipſe (nũq̄ homo
purus) qꝺ dicitur ꝓpter xp̄m qui non fuit purus homo. ſed ⁊ deus (vidit

purius ).i.minus ꝯmixte (taꝫ implēda ).i.futura (q̄ꝫ impleta).i.preterita.
¶ Notādū ꝙ aq̄la eſt q̄dā auis altiſſimi volat⁹.vt habet̄ in paruis natu/
ralib⁹.ita ꝙ nulla auis pt ſe altiori volatu ad celū erigere ſicut aq̄la.quare
ſctūs Joānes merito aſſilat̄ aq̄le.qꝛ nullus euangeliſtaꝝ tam ꝓfunde in
deitate ꝯſcripſit ſicut ipſe. Etiā btūs ioānes aſſilat̄ aq̄le ꝓpter magnā cha
ritatē quā deus habuit ad ſctm̄ ioānē.vn̄ ſm ph̄m nullū volatile tā arden
ter amat fetū ſuū ſicut aq̄la.ꝛ ſic etiā inter oēs ſctōs nullus fuit deo ita di
lectus ſicut btūs Ioānes.Vn̄ ꝯmēdatio ipſius legit̄ q̄rto libro ſcholaſtice
hyſtorie.ꝙ btūs ioānes quendā iuuenē pulcꝝ ꝛ velocē ꝯuertebat ꝛ eum
cuidā ep̄o ſub depoſiti noīe ꝯmendauit. Poſt hoc iuuenis derelinquens
ep̄m factus eſt princeps latronū. Poſtea btūs ioannes rediēs ad epm de
poſitū ſuū req̄ſiuit. Ep̄s intellexit ſe pecuniam ſeruandā recepiſſe.ꝛ vehe/
menter obſtupuit. Cui btūs ioannes ait Juuenē iſtū repeto quē tibi ſum
mo ſtudio ꝯmiſi. Cui ep̄s ingemiſcēs ait mortu⁹ eſt. Cui btūs Joānes. q̄
morte obijt. Rn̄dit. morte aīe xp̄o mortu⁹ eſt. Quo audito ap̄ls grauiter
dolens equū aſcendit viſitans locum vbi iuuenis cū latronib⁹ eſſet. Juue
nis vero vidit btm̄ Jo.velociter fugit. Cui beatus Jo.dixit exclamando.
fili vt quid fugis.ne timeas fili quia pro te xp̄o rationem reddam ꝛ certe
ꝓ te libēter moriar.ſicut xp̄s ꝓ nobis mortuus eſt.reuertere ergo.qꝛ deus
miſit me vt te ad fidem vocarem. Qd̄ audiēs iuuenis ꝯpūctus eſt corde
cum fletu redijt.ꝛ orante ꝓ eo ap̄lo veniam īpetrauit. Itē notanter dꝛ in
littera pur⁹ hō ꝓpter xp̄m in q̊ nō erat pura hūanitas.ſed deitas hūanita
te ꝯiūcta q̄ etiā tā ſecreta ꝛ multa maiora ꝯgnouit Pro terminis ē ſciē
dum.vates nomē tercie declinationis cōis gn̄is deriuatū a verbo deponē
tali vaticinor aris.qd̄ ſcat futura predicare. Sed altius eſt aduerbiū ꝯpa
randi ꝯpatiui gradus. Item implēda ꝛ impleta ſunt ꝑticipia hui⁹ vbi im
pleor. Sed tot eſt nomē indeclinabile oīs generis pluralis numeri tātū

Sponſus rubra veſte tectus. viſus ꝛ non intellectus re/
dit ad palacium. Aquilam ezechielis ſponſe miſitq; de celis
referre myſterium.

¶ Hic autor ꝯmēdat btm̄ Joānē rōne cuiuſdā annūciatōis ꝛ introducit
aliq̄liter materiā aſcēſionis xp̄i.ꝛ dt (Spōſus ).i. xp̄s q̄ ē ſpōſus eccl̄ie ca/
tholice (tectus ).i.amictus ( veſte rubra ) .i. rubra ꝑ aſꝑſionē ſanguinis ſui
ſpcioſi ( viſus )ſcꝫ ab angelis vel ab hoīb⁹ (ꝛ nō intellectus ).i.ꝯgnitus.ſcꝫ
ab eis (redit )ſcꝫ ꝑ aſcenſionem ſuam (ad palacium )ſcꝫ celi (qꝫ )pro ꝛ ( mi/
ſit ſponſe )ſcꝫ ſue eccl̄ie orthodoxe ( aquilā ezechielis ).i.ſanctū ioannē (de
celis referre myſteriū )ſcꝫ aſcēſionis ſue Notādū ꝙ in lr̄a dꝛ ſponſus ru
bra veſte ꝛc̄.vbi nota q̄n xp̄s aſcendit in celum cum multitudine angelo/
rum etiam cū magna preda hominū aſcendit.vn̄ p̄s. Aſcendiſti in altuꝫ
cepiſti captiuitatē In tali aſcēſione ſpōſus fuit tectus rubra veſte.qꝛ rubꝝ
fuit indumentū eius.de quo dicetur infra. Etiam minores angeli fecerūt
interrogationem a maiorib⁹ dicētes. Quis eſt iſte q̄ venit de edon tinct⁹
veſtib⁹ de boſra. Vbi dt gloſa ꝙ q̄dam angeli nō intellexerunt plene my/
ſterium incarnationis.paſſionis.ꝛ reſurrectionis xp̄i. Cū em̄ dt videbant.

xp̄m potenter aſcendere admirantes dixerūt Quis ē iſte q̄ venit de edom
Sȝ Dyoni.in li.celeſtis hierarchie vult dicere ꝙ xp̄o aſcendēte tres q̄ſtio-
nes ab angelis facte ſunt. Primā fecerūt angeli maiores inter ſe dicentes.
Quis eſt iſte q̄ venit de edon admiratiue. Scd̄am ipſi fecerūt xp̄o aſcēdē-
te.quare rubꝝ eſt indumentū tuū.i.corpus tuū ſanguine cruentatū Illis
xp̄s rn̄dit di. Torcular calcaui ſolus.i.ꝑ toto mūdo ſolus patiēs ſangui-
nem meū fudi.ꝛ hoc autor tangit in lr̄a cum dt. Sponſus rubra veſte ꝛc̄.
Terciā q̄ſtionē fecerūt minores angeli maioribꝫ dicentes. Quis eſt iſte
rex glīe.q̄bꝫ maiores angeli dixerūt Dn̄s ꝟtutū ipſe eſt rex glīe. Et ſtatim
ſubiūxerūt.hic eſt ille q̄ non hȝ ſpēm neqȝ decorē infirmꝰ in ligno.fortis in
prelio.virilis in corꝑe.armatus in p̄lio.fetidus in morte. pulcer in reſur-
rectione.candidus ex ꝟgine.rubicūdus in cruce.fuſtus in opprobrijs. in
celo vero preclarus. Itē autor dt in lr̄a.aq̄lam ezechielis.qꝛ alioꝝ ꝓpheta-
rū ꝓphetias ꝯgnouit ꝛ toti mūdo manifeſtauit Circa litteram nota.ꝙ
rubra eſt nomē feminini gn̄is. Itē tectus ē ꝑticipiū p̄teriti tp̄is a verbo te
go. Item viſus eſt preteritū a video. Item referre eſt infinitiuus a refero.
Sed myſterium eſt nomen neutri generis

Dic dilecte de dilecto ꝛ q̄lis ſit ex dilecto ſpōſus ſpōſe nū-
cia Dic q̄s cibꝫ angeloꝝ.q̄ ſunt feſta ſupnoꝝ de ſpōſi p̄ſentia

¶ Hic autor dirigit petitionē ad.b. Ioānē euāgeliſtā dicēs. O (dilecte)
ioānes (dic nobis de dilecto) ſcȝ dn̄o tuo xp̄o ieſu (q̄lis ſit) ſcȝ q̄ ad vtrā-
qȝ eius naturā (ꝛ nūcia) nobis.tu q̄ es (ſponſus ſponſe).ſ. beate virginis
marie (ex dilecto).ſ.dn̄o tuo q̄ eam tibi ꝯmiſit (dic nobis quis ſit cibꝫ) ſcȝ
ſpūalis refectō (angeloꝝ) ꝛ dic (q̄ ſunt feſta).i.ſolēnitates ꝛ feſtiue celebra-
tiones (ſupnoꝝ) ſcȝ ciuium (de p̄ſentia ſponſi) id eſt chriſti

Veri panis intellectus cenam chriſti ſupra pectus ſump-
tam nobis reſera. Ut cantemus de patrono coram agno co-
ram throno laudes ſuper ethera. Amen.

O bt̄e ioānes (reſera).i.manifeſta (nobis cenā intellectus veri panis)
id eſt viuifici corꝑis ꝛ ſanguinis dn̄i noſtri ieſu xp̄i (ſumptā) id eſt accep-
tam ꝛ intellectam.ſ.dormiēs ſupra pectus chriſti (vt cantemus ſuꝑ ethe-
ra) id eſt celum (laudes de patrono) id ē de te q̄ es patronus.i. anteceſſor
(corā agno).i.xp̄o qui eſt agnus dei tollēs pctā mūdi (ꝛ corā throno) id
eſt ſede diuine maieſtatis Amen. Notandum ꝙ autor ponit in lr̄a tri-
plicem queſtionē a ſctō Ioāne. Primo querit de myſterio incarnatōis cō-
tra curſum nature ex pura ꝟgine. De iſto ſcribit btūs Amb.ꝙ nec ange-
li nec dyaboli myſteriū incarnatōis ꝯgnouerūt. Nā de ſpūſctō xp̄s in vte-
ro ꝟginis ꝯceptus eſt. Unde ſm doctores dicitur ꝙ chriſtus poſt reuo-
lutionem temporum die ſue incarnationis plura bona operatus eſt. vt
patet in his metris.ſcilicet Salue feſta dies que crimina noſtra coherces
Angelus eſt miſſus. eſt paſſus in cruce chriſtus. Eſt adam factus eo-
dem tempore lapſus. Nos meritum decuit cadit Abel a fratre chaym

ab menſe. Offert melchiſedech iſaac ſupponit aris. Eſt decollat⁹ xpi bap
tiſta Joãnes. Petrus ereptus Jacobꝰ ſub herode punit⁹ Corpa ſancto
rũ cũ xpo multa reſurgũt. Latro dulce tñ ꝑ xp̄m ſuſcipit amẽ   Secũdo
nota. autoꝛ in lr̃a petit nobis manifeſtari gaudiũ ſctõꝝ de p̄ñtia dei. de q̃
dr btũs Hiero. Melius eſſet foꝛe in ꝓfundo inferni ꝛ habere aſpectũ ſan
cte trinitatis q̃ regnare in celo ꝛ carere p̄ñtia dei. Vñ tanta eſt leticia ſctõ
rũ de p̄ñtia dei ꝙ nec pater noſcit filiũ nec filius patrem. Super iſto v̄bo
dr btũs Grego. Si aliq̃s ſctõꝝ videret p̄ñtiam dei in celo ꝛ ſciret patreꝫ
ſuũ damnatũ in inferno ꝛ poſſet eũ liberare cũ iſto ꝙ ſemel dimitteret ſeu
auerteret oculos a facie dei ad infernũ reſpiciendo patrem. vtiq̃ non face
ret. Ergo dr btũs Ber. Nemo p̄t fari nec ſcribere nec p̄meditari gaudia
iuſtoꝛum. Sic ꝛ toꝛmenta maloꝝ   Tercio nota autoꝛ petit declaratio-
nẽ ſacramẽti qđ nobis in ſpecie panis ꝛ vini ẽ derelictũ. ꝛ de tali ſacramẽto
loco ſuo ſcꝫ in ſequẽtia de coꝛꝑe xp̄i plenius dicet᷑. Item nota doctoꝛes du-
bitant vtꝝ ſctũs Joãnes obijt vel migrauit cũ coꝛpoꝛe vel ſine. Dicunt q̃
dam ꝙ abijt cũ coꝛꝑe ꝛ aĩa in celum ꝛ eſt aſſumptus coꝛpoꝛe tamen ꝑus
gloꝛificato. ꝛ iſti dicunt plura coꝛpoꝛa ſanctoꝛum iam gloꝛificata eſſe in ce
lo. ꝛ pꝛobant hoc ex iſto. quia multa coꝛpoꝛa moꝛtuoꝝ iam conſurrexerũt
cum chꝛiſto. ſic etiam aſcenderunt cum chꝛiſto de quibꝰ non dicit ſcriptu
ra ꝙ ad terram redierunt. Sed eodem modo ſicut ↄſurrexerunt cũ xpo
ſic etiam aſcenderũt cum eo. tamẽ coꝛpoꝛibꝰ eoꝝ pꝛius gloꝛificatis. Et h̃
non videtur impoſſibile apud deum qꝛ iſte diſcipulus pꝛe ceterꝭ ſanctis fu
it a deo dilectus. ergo cum coꝛpoꝛe ꝛ anima in celo eſt locatus. Qꝫ ãt abijt
cum coꝛpoꝛe declaratur ex eo ꝙ in ſepulchꝛo eius nihil niſi manna fuit invẽ
tum. Item ſi coꝛpus eius eſſet relictum ſuꝑ terram vtiq̃ eſſet aliqua gra-
tia querenda de eo. ſicut videt᷑ de coꝛꝑibꝰ alioꝝ aplõꝝ martyꝝ. Sed Da-
maſcenus dicit ꝙ beatus Joannes moꝛte naturali nunq̃ obijt Sed coꝛꝑe
et anima poſitus eſt in paradyſo voluptatis vbi mille anni ſunt ſibi tanq̃
vna dies. Sed debet ibi manere cum Enoch ꝛ Helya vſq̃ ad tempus
antichꝛiſti. ꝛ poſtq̃ enoch ꝛ helyas fuerint occiſi ipſe beatus Joannes re-
liquos pꝛedicatoꝛes debet confoꝛtare ꝛ contra antichꝛiſtum diſputare et
tandem martyꝛij palma coꝛonari. hoc pꝛobatur ex euangelio vbi chꝛiſtus
dixit ad petrum. ſed ſic eum volo manere donec veniam. Et eſt pꝛobabi-
le q̃uis aliqui aliter opinantur dicentes animam beati Joannis eſſe in ce-
lo ꝛ coꝛpus per angelos deductum in paradyſum ne executione iudeoꝛuꝫ
dilaniaret᷑. Sed quid ſit verius noſcit ſcrutatoꝛ coꝛdium

Pꝛo terminis ſciendum. qualis eſt nomen queſitiuum communis ge-
neris. Item panis dicitur a pan in greco quod eſt totum in latino. qꝛ to-
ta virtus nutrimenti conſiſtit in pane

Laus tibi chꝛiſte patris optime nate deus omnipotẽ-
tie. Quem celitus iubilat ſuper aſtra manentis ple-
bis decus armonie. Quem agmina infantium ſonoꝛis hym-
nis collaudant etheris in arce.

☞ Iſtud eſt canticum quod cantatur ad honoꝛem dei et ad re

nerentiã martyꝛũ innocentũ. In quo au. duo facit. ꝑmo refert grãꝝ actio
nes. Scd̾o dirigit petitõem ad deũ. ſcd̾m ibi. Quoꝝ ꝑcib⁹ ⁊c̃. Prima ps
adhuc diuidit̾ in duas ꝑtes. In ꝑma ꝑte refert deo grãꝝ actões. In ſecun
da incidental̾r oſtendit martyꝛiũ innocentuȝ. ſcd̾a ibi. Quos impius ⁊c̃.
Primo d̾t ſic (O xp̃e optime nate). i. fili pr̃is eterne exiſtẽs de⁹ oipotẽtie
id eſt oipotẽs (laus) ſcȝ ſit tibi (quẽ) ſcȝ xp̃m (decus). i. veneratio (armo
nie). i. dulcis cantus vl̾ ꝯſonãtie (plebis manẽtis). i. exñtis (ſuꝑ aſtra). i.
tota curia celeſti (iubilat). i. cũ iubilo (celit⁹). i. celico moꝛe (quẽ agmina)
id eſt turba (infantiũ) ſcȝ innocentũ (collaudant). i. ſit̾ laudãt (ſonoꝛis). i.
bñ ſonãtib⁹ (hymnis). i. cantib⁹ (in arce). i. in celſitudine (etheris). i. celi.
¶ Notãdũ q̄ autoꝛ in lr̃a duo facit. ꝑmo ꝯmẽdat deũ. ſcd̾o refert grãꝝ ac
tiones. Quãtũ ad ꝑmũ autoꝛ ꝯmendat deũ dupl̾r. Primo ꝯmẽdat deũ
de oipotẽtia ſua. qꝛ d̾t deũ oipotentẽ. iuxta illud ſacre ſcripture Heſter. xiij
Dñe in tua ditione vniuerſa ſunt poſita. ⁊ nõ eſt q̄ reſiſtere poſſit tue volũ-
tati. hoc idẽ ꝑpendẽs be. Gre. di. Dñe ieſu xp̃e tuã potentiã nobis decla-
ra peccatis nr̃is parcẽdo ⁊ nobis maxime miſerãdo. Scd̾o ꝯmẽdat deuȝ
rõne mirifice laudis. q̄re hoꝛtat̾ nos b. Ber. di. O m̃e opus tuũ ⁊ oẽs co-
gitatões in laudẽ dei expende. qꝛ ipſe eſt tributoꝛ omniũ bonoꝝ. Item in
puer. Nullũ malũ impunitũ. nullũ bonũ irremuneratũ. Vñ alibi ꝓuer. x
Nil ꝓfuerũt theſauri iniq̄tatis. iuſticia v̾o liberauit nos a moꝛte ¶ Scd̾o
nota. au. refert grãꝝ actões. de q̄ d̾t Ber. Dignũ eſt nobis ſemꝑ grãruȝ
actões deo reddere q̄ nunq̄ʒ ceſſat nobis bñfacere. om̄i em̄ tꝑe nos cõſer-
uat ipi⁹ ineſtimabilis miſericoꝛdia. al̾s ꝓpter pctã nr̃a terra nos viuos ab
ſoꝛbuiſſet. ideo grãꝝ actões agere debem⁹ ꝓ oib⁹ bñficijs datis ⁊ datu-
ris Itẽ alibi. Diſce in referẽdo grãs nõ eẽ tard⁹ ⁊ ſegnis. diſce ad ſingu-
la dona grãs agere digẽter. nã grãꝝ actio ẽ vnguẽtũ q̄ caput eccl̾ie. ſ. xp̃s
inũgit̾. vñ b. Ber. bonũ eſt vnguẽtũ ꝯtritõis. qd̾ de recoꝛdatõe pctõꝝ cõ
ficit̾. meli⁹ eſt vnguẽtũ deuotõis qd̾ fit de recoꝛdatõe bñficij dei ¶ Itẽ no
ta. iſti ſcẽtiſſimi tyꝛones de q̄b⁹ cantat̾ h̾ canticũ dicũt̾ innocẽtes ꝓpter q̄ttu
oꝛ. Primo rõne vite. qꝛ nullũ pctm̃ ꝯmiſerũt. vñ ipi ſt̾ illi de q̄b⁹ p̃s d̾t In
nocẽtes ⁊ recti adhe. mihi. Scd̾o dicũt̾ innocẽtes rõne pene. qꝛ innocẽter
paſſi ſt̾, vñ p̃s Effuderũt ſan. ino. Tercio dicũt̾ innocẽtes rõne cauſe. qꝛ ꝓ
innocẽtia occiſi ſt̾. vñ p̃s. Innocẽs ma. ⁊ mũ. coꝛ. Quarto rõne innocẽtie
aſſecute. qꝛ oẽs tã circũciſi q̄ʒ nõ circũciſi effuſiõe ſui ꝓpꝛij ſanguinis ꝓ xp̃o
innocẽte effuſi baptiſmalẽ innocẽtiã meruerũt. vñ xp̃s in p̃s. d̾t in figura.
Lauabo iter ino. ma. me. Circa declaratõeȝ termioꝝ nota. celit⁹ ẽ aduer
biũ loci deriuatũ ab h̾ noie celũ. Vñ celigena cõis g̾. i. de celo genit⁹ Itẽ ar
monia d̾r debita ꝓpoꝛtio ꝑmaꝝ q̄litatũ. ⁊ ſumit̾ h̾ ꝓ melodia Itẽ ſonoꝛ⁹ ẽ
noⁿ adiectiuũ a v̾bo ſono as Itẽ ether ris d̾r ſuꝑioꝛ regio aeris. ⁊ ſumitur
q̄nq̄ʒ ꝓ celo. ſicut h̾. ⁊ d̾r ab etheron. i. variũ. qꝛ eſt oꝛnatũ varijs ſtellis

Quos impius ob nois odiũ tui miſero vulnere ſtrauit

Quos pie nũc remuneras in celis chꝛiſte ꝓ penis nitide

Solita vſus gratia. qui tuos oꝛnas coꝛonis ſplendide

# De Innocentibus.

Hic au. oñdit incidētal'r martyriū innocentū ⁊ dī (Quos) ſcꝫ innocētes (impius) .i. infidelis ⁊ crudelis herodes (ſtatuerat) .i. occiderat (ob) .i. ꝓpter (odiū tui nois) ſcꝫ xp̄i (ſtrauit inꝗꝫ miſero) miſerabili vulnere (q̊s) ſcꝫ infantes pueros o xp̄e (tu remuneras) .i. iuſtā mercedem tribuis nunc (pie) .i. clemēter (⁊ nitide) .i. ſplendide (ꝑ'peñis) ſcꝫ ab herode paſſis. et h̄ dico (vſus) .i. vtens nomē ꝑ ꝑticipio (ſolita) .i. cōſueta (gr̄a) .i. mīa (q̇) ſcꝫ xp̄s (ornas tuos) ſcꝫ famulos (ſplēdide coronis) ſcꝫ regni celeſtis.

¶ Notādū ꝙ nato dño tres reges venerūt hieroſolymā inquirētes regē natū. qđ ꝑcipiēs herodes aſcolonita turbatus eſt valde cū eſſet rex hieroſolymis timuit ſe ꝑ regē natū ſcꝫ xp̄m a regno ſuo deprimi. ⁊ ſic cogitauit interficere xp̄m anꝗꝫ inciperet regnare. ⁊ ſic dixit regibꝫ fraudulēter. Ite et interrogate diligēter đ puero. ⁊ cū inueneritis eū nunciate mihi. vt ⁊ ego veniēs adorē eū. Sed tres reges cū in ſomno rñſum ꝑceperūt. ꝑ aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. qđ videns herodes de nece puerorū qui erāt in bethleem deliberauit. vt cū eis ille quē ignorabat occideret. Sed monitōe angeli facta. Joſeph cū puero ⁊ matre in egyptū fugit vbi ſeptē ānis vſqꝫ ad obitū herodis ꝑmanſit. Ingrediente aūt dño in egiptū ſm vaticinium Iſa. oīa ydola corruerunt. Eo tp̄e herodes miſit ſeruos ſuos ⁊ occidit oēs pueros q̇ erāt bethleem ⁊ in oībꝫ finibꝫ circūiacentibꝫ. ⁊ erāt in nūero centū ⁊ q̄ttuor milia. Itē nota ꝙ hec malicia herodis nō manſit impunita vnde ipe paruulū filiū ad nutriendū in bethleē ipſo caſu dederat. q̇ cū alijs interfectꝰ fuit. vt q̄dam refert cronica. et qui multas filijs priuauerat ipſe in vita ſua ſe ꝓprijs orbauit filijs. Tres nāqꝫ pueros fecit occidi. ⁊ tandē in infirmitate terribili poſitus ⁊ dolore viſcerū intollerabili ſimul cū fetore ⁊ putredine ſui corporis vermibꝫ ſcaturientibꝫ de carne ſua exiſtente fetidiſſima miſerabiliter vitā finiuit ¶ Pro terminis nota. ſterno eſt v̄bū trāſitiuū. ⁊ hꝫ ſtraui in p̄terito ⁊ ſtratū in ſupino. Itē nitide eſt aduerbiū qualitatis. ⁊ deriuat' a noīe nitidus qđ idē eſt qđ ſplendidus. Itē ſolitus a um .i. ꝯſuetus. ⁊ eſt nomē adiectiuū deriuatū a v̄bo ſoleo. Item vſus eſt participiū p̄teriti tp̄is deriuatū a verbo vtor eris.

Quorū p̄cibꝫ ſacris dele p̄camur pie noſtra crimina vite

Vt q̄s laudibꝫ tuis iūxeras nob̄ iſtic dones clemēs fauere

Illis eterne dans lumē glorie Nob̄ terrena ꝯcede vincere

Hic au. dirigit petitōem ad xp̄m. ⁊ diuidit' in duo Primo dirigit petitionē. ſcđo dat cām petitōis. ſcđm ibi. Vt liceat ſerenis. di. (Quorū) ſcꝫ innocentū (p̄cibꝫ ſacris) .i. interuētōibꝫ vel ꝑ eorū ſacras p̄ces (p̄camur) .i. petimus (dele) .i. dimitte (pie) .i. clemēter (crimina) .i. pctā (noſtre vite) .i. ꝑ vitā noſtrā ꝯmiſſa (vt indifferēter dones) .i. ꝯcedas (clemēs) .i. clemēter ſcꝫ illos innocētes (fauere) .i. fauorabiles nobis eſſe (iſtic) .i. in celo (quos iūxeras) .i. aſſociaueras vel fixeras (vt alijs placet) id eſt aſtrinxeras tuis laudibꝫ (dans illis) ſcꝫ innocētibꝫ (lumen eterne glorie ꝯcede nobis vincere) .i. fugare (terrena) .i. tp̄alia ¶ Notandū in littera iſta tria inueniūt' Primo ꝑſona. ſcđo petitōis effectus. tercio meritū reſpectu cuiꝰ fit peti

rio.pmũ tangiť cũ dr.p̄camur.ſcdm taĝiť cũ dr.dele crimina. terciũ ibi.iſti quoꝝ p̄cib;. De pmo dr Anſ. Petentiũ voces ꝑ deſiderio formanť. Ex quo pȝ ꝙ petẽs dȝ bñ viuere ⁊ cũ deſiderio petere. Vñ multi ſtꝫ q̄ plixas p̄ces hñt ad deũ.ſed vitã ⁊ deſideriũ p̄cantiũ nõ hñt.vñ Iſid. Qui a p̄ceptis dei vertiť.qđ in orõne poſtulat nõ mereť nec impetrat ab illo q̄ poſcit qui legi nõ obedit. Vñ volenti petere duo ſtꝫ nec̃caria.ſcȝ ieiuniũ ⁊ elemoſyna.vñ Iſid. Qui vult orõnem ſuã volare ad celũ faciat ei duas alas.ſ. elemoſynã ⁊ ieiuniũ. Scdo tangiť effect⁹ petitõis. Vñ quicũqȝ vult habere bonũ modũ orãdi dȝ deſideriũ diligẽter ponere in deũ.vt pȝ ꝑ deſcriptionẽ orõnis. Vñ orõ eſt pius mẽtis affect⁹ ad deũ directus.ille affect⁹ eſt deſideriũ.⁊ deſideriũ eſt orõ. Itẽ dr Aug⁹. Orõ eſt mẽtis ꝯuerſio in deũ ꝓpter humilẽ affectũ. vñ Ber. Veraciter orare eſt amaros ꝯpũctõis gemitus ⁊ nõ v̄ba ꝯpoſita reſonare. Vñ q̄ vult orare cũ deuotiõe ⁊ cũ deo eſſe.dȝ frequẽter orare.nã cũ oramus cũ deo loq̄mur.cũ aũt legim⁹ deus nobiſcũ legit ⁊ loq̄tur. Vñ dr q̄dã gloſa.ꝙ vnus deũ orãdo plus valet q̃ȝ mille peccatores p̄liando.vñ Moyſes. Nõ ferro pugnãdo ſed p̄cib; orãdo amelech deiecit. Judicũ.iiij. Itẽ in tp̄e tribulatõis penã dimittis his q̄ inuocãt te. Thob.iij. Itẽ bona orõ cuȝ ieiunio ⁊ elemoſyna magis valet q̃ȝ thezauros pandere. Thob.xij. Qñ orabas cũ lachrymis ego obtuli orõnem tuã dño. Itẽ Hiero. Qui orat ⁊ peccat nõ orat deũ.ſȝ eum illudit. Itẽ Aug⁹. Honorabile opus eſt orõ.facit eñi loq̄ cũ deo. Itẽ oẽs aque in hoc mũdo nõ ſufficiũt extinguere vnã ſcintillã in inferno.ſed vna lachryma de puro ⁊ ꝯtrito corde ꝑfuſa totũ ignẽ extinguit infernalem. Itẽ duplex eſt orõ. Quedã eſt publica q̄ fit a miniſtris eccleſie.⁊ illa nõ dȝ fieri in occulto.ſed dȝ fieri in ꝯmuni.ſcȝ in eccl̃ia.eo ꝙ ꝓ tota ꝯmunitate ꝓfertur. et corã populo fieri dȝ qui ſe ꝯformare debet miniſtris eccl̃ie ipm deũ dep̄cando ſm modũ ꝯmunẽ. Alia eſt orõ puata.⁊ talis dȝ fieri in ſecreto duplici rõne. Primo qr orõ eſt eleuatio mẽtis in deũ.vt Damaſ. dr. Mens aũt humana meli⁹ ⁊ citi⁹ eleuať in celũ qñ hõ in ſecreto loco ꝯſtituiť ⁊ a tumultu ſeparať. Alia cã eſt ad euitatõem vane glorie.que de facili inſurgit qñ orõ in publico fit. Tercio tãgiť meritũ illoꝝ reſpectu quoꝝ fit petitio. nã iſti innocẽtes ſunt q̄ p̄us meruerũt laudare deuȝ moriendo q̃ȝ humana v̄ba loquẽdo.vñ Gre. Nouerũt infantes laudare deũ ⁊c. ¶ Pro terminis eſt ſciẽdũ.p̄cor eſt v̄bũ deponẽtale deriuatũ a noie p̄cis.qđ ſm vſum caret ntõ ⁊ vtõ ſingularib;. Iñ p̄cabilis ⁊ p̄catio. Itẽ iugo eſt v̄bũ trãſitiuũ habens xi in p̄terito ⁊ ctũ in ſupino. Iſtinc eſt aduerbiũ loci. Item fauco eſt v̄bũ neutrale ſcđe ꝯiugatõis.⁊ hȝ fautũ in ſupino. Itẽ vinco eſt v̄bũ tercie ꝯiugatõis.⁊ hȝ vici in p̄terito.⁊ ctũ in ſupino. Inde victor ⁊ victima.

**Ut liceat ſerenis actib; pleniter adipiſci dona tue gratie**

**Herodis vt nõ fiat ſoci⁹.q̄ſq̄s in boꝝ laude ſe exercet ꝓpere**

**Sed eternaliter cũ eiſdẽ catervis tecũ ſit dñe Amen**

¶ Hic iam ſubiũgit cauſaȝ petitõis di. (Ut liceat).i.licitum eſt (nos

adipiſci).i.acq̃rere(plene).i.pfecte(dona) .i.munera (tue gr̃e ſerenis).i. virtuoſis (actib9).i.opib9(vt q̃ſq̃s).i.q̃cũq3(ſe exercet).i.frequẽtẽ ſe p̄ter et ↄtinuũ (ꝓpere).i.feſtinãter(in laude hoꝝ)ſcz innocẽtũ(vt nõ fiat ſocius herodis)ſcz in inferno(ſed o dñe talis ſit tecũ eternal'r cũ eiſdez caterius).i.turbis innocentũ amẽ ¶ Notandũ.in littera tãgũtur duo. Primo q̃liter ꝓ vita eterna ſit laborãdũ. Secũdo qualiter preces ſunt fundẽde. p̄mũ tangit' cũ dr.ſerenis actib9.ſecũdũ cũ dr.herodis vt nõ fiat ſocius De p̄mo dr in euãgelio. Primũ.i.p̄mo querite regnũ dei. Hoc idẽ perſuadet apl's in ſuaꝝ eplaꝝ vna di. Sine intermiſſione orate. vbi dr gloſa. Sine intermiſſione orat qui debitis horis orat vel a bono ope nõ ceſſat. vñ dr Hiero. Sicut militem ſine armis exire ad bellũ nõ ↄuenit. ita ⁊ cuilibet xp̄iano nõ ↄuenit ꝓcedere ſine orõne. Unde ad bene orandũ duo ſt̃ neccaria.ſcz tẽpus ⁊ locus. Tẽpus dico matutinũ eſt ↄueniẽs. q2 tũc hõ a curis exteriorib9 eſt remot9. vñ p̄s. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo. Itẽ ber. Dulcedo ſpũſſcti tali hora eſt impetrãda qñ aĩa hois a curis exteriorib9 req̃eſcit. Scdo req̃rit' loc9. vñ quãq3 vbiq3 ſit orãdũ eo q2 vbiq3 ſt̃ pericula.tñ ſpẽaliter locus ſecret9 idone9 eſt ad orandũ. vñ Iſido. Oratio in locis p̄uatis optime fundit'. Itẽ in euãgelio. Tu aũt cũ oraueris intra cubiculũ tuũ. Itẽ in moralib9. Si bene vis orare deũ thalamũ tibi claude.

¶ De ſcdo nota.q2 deſperatoꝝ ſocietas eſt vitãda. vñ Eccle. Os prauũ remoue a te.⁊ labia detrahẽtia ſint ꝓcul abs te. Contra illos dr p̄s. Os tuũ loq̃bat' mendaciũ.⁊ lingua tua ↄcinebat dolos.ſedens aduerſus fratrẽ tuũ loq̃baris.⁊ aduerſus filiũ matris tue ponebas ſcandalũ. vñ Sene. O piger neſcis quo loco mors te expectat Itẽ. Tu in omĩ loco eã expecta Et ideo Salo.in ꝓuerbijs loq̃tur pſuaſiue di. Fugias ↄſortia praua.

¶ Circa terminos nota.q2 liceat eſt v̄bũ impſonale.⁊ regit illos duos datiuos ſerenis actib9 a pte poſt. Ubi nota.q2 illa v̄ba licet liceat licebat ponũtur aliqñ ꝓ ↄ̃uis.⁊ ſic erũt ↄiũctões. vñ Eberard9. Dico ꝓ ↄ̃uis liceat licet atq3 licebat. Itẽ adipiſcor eſt v̄bũ deponentale habẽs adeptuſſum in p̄terito. Item exerceo eſt verbũ ſecũde ↄiugatõis ↄpoſitũ ab ex ⁊ arceo mutãdo a in e. Sed ꝓpere eſt aduerbiũ qualitatis

**Feſta chriſti omnis chriſtianitas celebret. Que miris ſunt modis ornata.cũctiſq3 venerãda populis Per omnitenentis aduentũ atq3 vocatõem gentium.**

Iſtud eſt canticũ aliud qđ cantat' in laude dei in epiphania dñi. Et habet duas ptes p̄ncipales. In p̄ma b. Gre.incitat nos ad celebrãdũ tale feſtũ. In ſcda oſtendit q̃dã miracula in hoc feſto pacta. Scdm ibi. Natus. Et dr(oĩs xp̄ianitas).i oĩs xp̄ianus abſtractũ ꝓ ↄcreto(celebret).i.honoret(feſta xp̄i.q̃)ſcz feſta(ſunt ornata).i.decorata(miris modis).i.mirificis opib9(q3)ꝓ et(venerãda ſt̃ cũctis ꝓplis) Et itez hec feſta xp̄i ſt̃ ornata(p aduentũ omĩtenentis).i.omĩpotentis dei(atq3 p vocatõnem)ſcz ad fidẽ veram vnius dei(gentiũ).i.gentiliũ.

¶ Notandũ q2 autor in hac ſententia tangit tantũ duo miracula quib9

hoc feſtū eſt ꝯfirmatū.ſ.ſtelle apparitio ⁊ baptiſmatis ꝯfirmatio. de q̄bꝫ
infra dicet̄ Tñ pter illa duo miracula ſtꝫ adhuc tria minꝰ pncipalia q̄ etiā
tāgūt̄ in lr̄a Primū ē de eodē die ꝑ reuolutōem.xij.an.a tpe apparitōis ſtel
le ꝯuertit ieſus aquā in vinū in chana galilee.deiñ ꝑ reuolutōem.xviij.an.
eodē die xp̄s baptiſatꝰ eſt in iordane.poſt h̄ ꝑ reuolutōem vniꝰ anni eo-
dē die ſatiauit q̄nq̄ milia hoīm de q̄nq̄ panibꝫ ⁊ duobꝫ piſcibꝫ. Ex q̄ patꝫ
q̄ iſta miracula nō ſunt facta eodē die in nūero.ſ eodē die in ſpecie. Scd̄o
nota.h̄ feſtū cōiter dr̄ ep̄hia dn̄i.tñ ſm tria miracula deſcribitur tribꝫ mo
dis. Primo dr̄ ep̄hia q̄ſi ſupceleſtis apparitio.qꝛ tūc noua ſtella apparuit
Scd̄o vocat̄ pphagiphania.qꝛ potentia dei apparuit infra comeſtionē cō
uiuātiū ꝑ ꝯuerſionē aque in vinū.⁊ dr̄ a phagin grece qd̄ eſt comedere la-
tine Tercio dr̄ bethphania a beth qd̄ eſt domꝰ.⁊ phanos apparitio.qꝛ iſta
facta fuit in domo in nuptijs. Quarto dr̄ theophania.qd̄ interp̄tat̄ appa
ritio deitatis ſiue diuinitatis.qꝛ eodē die tota trinitas apparuit in iorda-
ne pater in voce.filius in hūanitate.ſpūſſctūs in ſpecie colūbe.⁊ dr̄ a theos
qd̄ eſt deꝰ.⁊ phanos apparitio.q̄ſi apparitio totiꝰ deitatis ſeu diuinitatis
qꝛ g̊ dies ep̄hie q̄druplici miraculo ornata eſt.ideo eā autor feſta dr̄ in plī
¶ Pro declaratōe terminoꝝ nota.mirus a um.eſt nomen adiectiuū deri-
uatū a v̄bo depponētali miror aris Jñ miraculū.⁊ eſt cuiꝰ effectꝰ ſcitur.ſed
cā ignorat̄ Itē venerāda eſt ꝑticipiū deriuatū a v̄bo veneror aris cōis gſ
Jñ tūc venerandꝰ ꝑticipiū futuri tp̄is ⁊ tm̄ ſcat paſſionē. Vñ regula ē in
grāmatica q̄ v̄ba cōia ſcāt actōem ⁊ paſſionē ſimul.tñ de ꝑticipijs eoꝝ
eſt quedā diſtinctio.qꝛ p̄ſens ꝑticipij ⁊ futurū in rus ſcāt actōnem tm̄.ſꝫ
p̄teritū in tus ſcat actōem ⁊ paſſionē ſil̄.vñ Per ans ens rus ſil̄ actio ſcat
Dus ſolum patitur.ꝑ tus vtrūq̄ notatur

**Ut natus eſt chriſtus eſt ſtella magis viſa lucida. At illi nō caſſam putantes tanti ſigni gloriam.**

¶ Hic iam au.declarat miracula q̄bꝫ hoc feſtū ornat̄. Et diuidit̄ in duas
ꝑtes ſm duo miracula di. Ut poſtq̄ chriſtus eſt natus (lucida) .i.clara
(ſtella eſt viſa).i.apparuit(magis).i.tribꝫ regibꝫ(at),p ſed(illi)ſcꝫ magi.
(putātes gloriā).i.clarā notitiā(tāti ſigni).i.ſtelle eis apparētis (nō caſ-
ſaꝫ).i.vanā.imo alicuius magne rei ſignificatiuam

**Secum munera deferunt paruulo offerūt vt regi celi. quem ſidus predicat. Atq̄ aureo tumidi principis lectulo tranſito chriſti preſepe queritant.**

Deferūt).i.deportāt(ſecū).i.cū eis(munera) ſcꝫ tria (offerūt).i.ſacrifi-
cant(paruulo).i.puero xp̄o)vt ,p tanq̄ regi celi(quē)ſcꝫ regeꝫ(ſidus).i.
ſtella(p̄dicat).i.p̄nūciat(atq̄)ſcꝫ illi regi(queritāt).i.cū diligētia q̄runt
p̄ſepe xp̄i(trāſito).i.ꝑtrāſito(lectulo tumidi).i.ſupbi(pncipis).ſ.regꝭ he
rodis ¶ Notandū in ſolēnitate huiꝰ feſti tres magi cū magno comitatu
venerūt.ſꝫ q̄re hoc ꝯtigit aſſignat Remi.q̄ttuor cās. Prima qꝛ magi co-
gnouerūt tp̄s xp̄i nati.ſed locū ignorauerūt.ſꝫ qꝛ in hieruſalē erat ſummū
ſacerdotiū putabāt q̄ tā egregiꝰ puer ibi debebat naſci. Scd̄a cā.vt eo cl

tius natiuitatis locũ diſcere poſſent. cũ ibi ſapiẽtes ⁊ ſcribe reſiderũt. Ter
cia cã vt etiã iudei tẽpus nati regis nõ ignorarẽt ꝑ qđ ſe excuſarẽt. ğ ma-
gi oſtẽdũt iudeis tẽpus. ⁊ ecõuerſo iudei magis locũ ꝓphetarũ dicẽtes Et
tu bethleẽ iuda nõ es mi. in pn. iu. Quarta vt ſtudiũ magoꝝ ꝯtemneret̃ ⁊
pigricia iudeoꝝ ꝯtentaret̃. nã illi crediderũt ꝓphetis. iudei vͦo pluribꝫ imbu
ti credere noluerũt. illi aũt q̃runt regẽ alienũ. iudei vͦo ꝓpriũ regem ſpreue
rũt. illi venerũt de longinq̃ ⁊c̃. Itẽ nota lr̃a dr̃ ſtella. vñ multiplex eſt ſtel-
la quã ipſi reges viderũt. Prima eſt materialis quã viderũt in oriente ſe-
quẽtes eam vſq̃ ad locũ dñi. Scđa eſt ſtella ſpũalis quã viderũt in corde
ipoꝝ credẽdo firmiter regẽ regũ fore natũ Tercia ſtella erat intellectualis
quã viderũt in ſomno. ⁊ illa fuit angelꝰ q̃ cũ eis loq̃bat̃ ne ad herodẽ redi
rẽt. ⁊ de tali dr̃ Baruch ꝓpheta. Stelle viderũt lumen in cuſtodijs ſuis
ſtelle. i. angeli. Quarta ſtella fuit rõnalis. ⁊ illa ſtella fuit btã vͥgo maria.
q̃ dr̃ ſtella oĩm errantiũ indicãs viã veritatis Quinta ſtella fuit ſubſtãtia
lis. ⁊ illa fuit vnigenitus. ⁊ de illa ſtella dr̃ in Apoca. Ego radix ⁊ genꝰ da
uid ſtella matutina. Item nota de iſta ſtella materiali multe fuerũt opini-
ones. Aliq̃ em̃ dixerũt eã eſſe ſpm̃ ſctm̃. vt idẽ q̃ apparuit in ſpecie colũbe.
etiã apparuit in ſtella Sʒ b. Augꝰ. in libro de mirabi. ſacre ſcripture. ca. x.
videt̃ velle ꝙ fuit angelꝰ q̃ aſſumpſit talẽ formã. ⁊ ꝯpleto officio ſuo rediꝫt
forma aſſumpta in materiã ꝑiacentẽ. ſed Chriſ. narrat ſe inueniſſe in qui
buſdã libris licet apocrifatis. ꝙ erat q̃dã gens in ꝑtibꝫ orientalibꝫ ſapiens
et nobilis hñs libros balã. de cuiꝰ ſtirpe forte erãt q̃ ꝓphetauerũt di. Ori
etur ſtella ex Jacob. ⁊ cũ iſta gens intelligeret ꝙ naſcẽte xp̃o illa ſtella ap
pareret. curioſe inueſtigauerũt ortũ eius. vt ꝑ ipam cognoſcerẽt xp̃m na-
tum de quo audiuerũt ꝙ eſſʒ deꝰ ⁊ hõ. ſaluator mũdi. ⁊ rex iudeoꝝ. Ideo
elegerũt. xij. ex eis. ita ꝙ vno decedẽte aliꝰ in locũ eiꝰ ſubrogaret̃. ⁊ illi. xij.
deberẽt ſollicite ꝯſiderare ortuʒ eiuſdẽ ſtelle. ⁊ vt meliꝰ facere poſſent in q̃-
dam monte altiſſimo in oriẽte vbi ſemꝑ fuit aer puriſſimꝰ ꝯſtruxerũt pul-
crum palatiũ in copia omniũ rerũ nc̃cariaꝝ ad victuʒ. ⁊ ibi erant iſti duo-
decim in ſilentio. orõne. vigilia. ⁊ abſtinẽtia expectãtes ⁊ deuote p̃cantes
ortũ illius ſtelle. Adueniẽte aũt tꝑe natiuitatis xp̃i ⁊ ipſis in orõnibꝫ ꝑſi-
ſtentibꝫ in ipſa hora noctis medie apparuit ſuꝑ eos in aere ſtella fulgida ⁊
pulcerrima. in cuius ſummitate erat imago pueri ꝑuuli ſecũ ferẽs imagi-
nẽ crucis. ex cuius aſpectu valde gauiſi fuerũt ꝙ ꝓ ſuis tꝑibꝫ meruerũt il-
lud videre. ⁊ oſtẽderũt ſapiẽtibꝫ regionis illiꝰ ⁊ p̃cipue regibꝫ. q̃ ſtatim ar
ripiẽtes iter venerũt in hieruſalẽ. an̄cedẽte eos ſtella ad pueꝝ orãdũ ⁊ mu-
nera offerendũ. Et hãc opinionẽ q̃ ad apparitõem tenet ſctã mater eccl̃ia
nõ quo ad alia. Sed b. Augꝰ. vult ꝙ iſta ſtella ꝑ bienniũ ante natiuitateʒ
xp̃i apparuit. ⁊ cũ magi mirarent̃ reuelatũ eſt eis ꝑ angelũ ꝙ eſſet ſtella na
tiuitatis xp̃i quã viderũt ⁊ de qua ꝯtinue inueſtigauerũt. cũ quo etiã con-
cordat Chriſ. Sʒ an alijs aſtronomis illa ſtella etiã apparuit Rñdet ꝙ ſic
Remi. ſed iudicauerũt eã eſſe aliquã metroloycã impꝛ̃ſſionẽ. nõ em̃ ꝑ ſuam
ſciam cognouerũt eſſe xp̃m natũ in hac ſtella. alios em̃ plures inueniſſent
aſtronomos ad inq̃rendũ vbi xp̃s naſceret̃. Itẽ notãdũ. autor dr̃ in litte-
ra xp̃i p̃ſepe q̃ritant. ſuꝑ hoc dr̃ glo. ꝙ in his vͦbis tria tãgũtur. ſcʒ locus ⁊
tẽpus ⁊ tribꝰ. Primo locꝰ. qꝛ in bethleẽ iude. Scđo tẽpus. qꝛ in diebꝫ he

rodis aſcolonite. Tercio trib⁹ de tribu iuda. Sʒ venerabilis Beda dt ꝙ. due fuerūt ciuitates dicte bethleem. vna fuit in terra zabulon. alia in terra iude. ⁊ ergo dt in bethleem iude. ad differentiā bethleem in terra zabulon. ¶ Item nota illi tres magi obtulerūt christo regi munera. aurꝫ. thus et mirrhaʒ. qꝛ magi habebant de puero triplicē ſubſtantiam ideo ſibi tria munera obtulerūt. habuerūt primo animā. pro qua obtulerūt thus. habuerūt etiam corpus. pro quo obtulerūt mirrham. habuerūt etiam regna pro quib⁹ obtulerunt aurum. Arabia eīm auro ⁊ diuerſis generib⁹ aromatum abūdat. ideo in quib⁹ pre alijs abundant domino talia obtulerunt. Tūc ſm beatum Gregoriū aliquid myſterij in his agebatur. Aurūʒ qđ regi ꝯgruit. thus vero in ſacrificiū dei ponebatur. cū mirrha aūt corpus mortuorꝫ ꝯditur. vñ Tres dñm querūt reges tria dona tulerunt. Jaſpar fert mirrhā. thus melchior. baltaſar aurū. Sed btūs Aug⁹ in ſermone q̄dam de feſtiuitate huius diei dt. in auro oſtendit regalis potentia. in thure ſacerdotalis dignitas. ⁊ in mirrha dñica ſepultura Sed Remi. vult ꝙ quilibet magorꝫ dedit oīa tria munera. q̇libet aurū. q̇libet thus. q̇libet mirrham. ⁊ ꝑ hoc q̇libet corꝫ regē deū ⁊ hominē p̄dicauit. vñ Ber. Magi obtulerūt aurū ad pauꝑis pueri ſuſtentatōem. thus ꝓpter ſtabuli fetorem. mirrham ꝓpter membrorꝫ debiliū pueri ꝯfortatōem. tūc eīm fuit impletū illud Thobie. xiij. Omēs fines terre adorauerūt te. ſcʒ magi veniētes de longinquo ¶ Jtem nota ꝑ iſtā oblatōem magorꝫ debem⁹ addiſcere ſatiſfactōnem de peccatis. ſcʒ de auaricia per oblationem auri cum largitione elemoſynarum. de ſuperbia. ꝑ oblationem thuris. quia thus deſignat deuotionem que opponitur ſuperbie. ſed de luxuria ꝑ oblatōnem mirrhe. nā̄ qꝫ carnis vicia mortificat ⁊ corpus a corruptione conſeruat quod facit et caſtitas que opponitur luxurie ¶ Pro declaratōne terminorum eſt ſciendū ꝙ vt eſt equocū. ponit̄ pro poſtq̄. vñ Ebrar. Ut dicit ꝓ ſicut ꝑ poſtq̄ ponit̄ illud. Jtem viſa eſt participiū p̄teriti tꝑis a video. Jtē caſſus a um eſt nomen adiectiuū deriuatū a caſſo as are. qđ eſt idem deſtruo. Jteʒ tranſito aureo lectulo ſunt tres ablatiui poſiti in deſignatōe ꝯſequētie. qꝛ denotant aliquid ſequi. ſcʒ querere preſepe chriſti. ⁊ vnus ablatiuorūʒ eſt participialis. ſcʒ tranſito deriuatum a verbo imperſonali. ſcilicʒ tranſitur Jtem magus idem eſt quod ſapiens. et attribuitur tribus regibus. qui ſm diuerſa ydeomata habent diuerſa nomina. quia magus hebraice dicitur ſcriba ſed grece dicitur ꝑhus. latine vero vocatur ſapiens. ⁊ magus idem eſt qđ maleficus. qꝛ malefici ſolebant nominari magi. ſed tres reges dicūtur magi quaſi magni.

¶ Hinc ira ſeui hoſtis feruida. Jnuidi recens rectori genito Betbleem paruulos precepit enſe crudeli perdere

¶ Hic autor inuehit ꝯtra errorem herodis declarās ꝯſequens qđ factū fuit ex miraculo p̄dicto di. (Hinc). i. poſt hoc vel ꝓpter hoc (feruida). i. acceſa (⁊ recēs). i. de nouo facta (ira ſeui). i. crudelis herodis ⁊ (inuidi. rectori). i. xp̄o regi (genito. p̄cepit ꝑuulos). i. infantes (bethleem). i. in bethleem (ꝑdere). i. occidere ⁊ perimere (crudeli cuſe) id eſt gladio

# De epiphania domini

O chriſte q̄ꝫtum patri exercitū. Juuenis doctus ad bella ma
xima Populis p̄dicans colligis ſugens cū tantū miſeris

O xp̄e (q̄ꝫtū).i.q̄ꝫ magnū (exercitū).i.turbaꝫ.tu ex̄ns iuuenis (doct⁹) id
eſt inſtruct⁹ ad maxima bella (colligis patri tuo p̄dicās ꝑplis).i.cū adult⁹
factus eſſes ⁊ p̄dicares populis (cū tu ſugens).i.lactans ſcꝫ vbera matris
(miſeris).i.deſtinaueris (tantū) ſcꝫ exercitū. ¶ Notandū herodes d̄r q̄ſ
ſi herū rodēs.i.odiēs. Vñ ſciendū in paſſionali legit̄ triplicē fuiſſe herodē
Primus dicebat̄ herodes aſcolonita. ſub cuius regno deus eſt nat⁹. ⁊ puſ
eri innocētes occiſi ſunt. De cuius natiuitate legit̄ in hiſtoria ſcholaſtica
ꝙ eius pater duxit neptē regis arabū in vxorē. de qua habuit filiū quē vo
cauit herodē. ⁊ iſte a ceſare auguſto accepit regnū Jude. ⁊ tūc p̄mo abla
tum eſt ceptrū de tribu iuda. ⁊ huic herodi poſtea nati ſunt ſeptē filij. duo
ex eadē matre quos miſit Romā liberalib⁹ ſtudijs imbuēdos. Poſt hoc
a ſtudio reuerſi ſunt. ⁊ cū patre ceperūt litigare ꝓ regno. interim xp̄s nat⁹
eſt Jtē legit̄ in paſſionali ꝙ herodes audiuit multos iudeos expectare cū
gaudio mortē ſuā. ⁊ ſic furore replet⁹ nobiliores iuuenes ex om̄i iudea col
legit ⁊ eos in carcerem poſuit dicēs ſorori ſue. Scio iudeos de morte mea
gauiſuros. ḡ cū ſpiritū emiſero oēs iſtos iuuenes occidas. qꝫ vt ſic oēs iudei
ꝓpter occiſionē iuuenū mortem ſuā defleant. Cūqꝫ comederet ⁊ cultrū in
manu teneret vidēs ꝙ nulla impedimēta haberet ſeip̄m interfecit. qđ ꝑci
piens ſoror eius om̄es iſtos iuuenes eruebat ⁊ ſolutos abire fecit. Secun
dus dicebat̄ herodes agrippa. ⁊ ille occidit beatū iohānē baptiſtam ꝓpter
herodiadem vxorem fratris ſui. Tercius dicebat̄ herodes antipas qui re
gnauit t̄pe paſſionis chriſti. ille idem etiam vinxit btm̄ Petrū in carcere.
vñ⁹. Aſcolonita necat pueros. agrippa iohānē Antipas chriſtū. claudens
in carcere petrū. ¶ Item nota circa exclamatōem autor vult dicere ſi xp̄s
infans tantos martyres ad patrē miſit. q̄ꝫto plures ipſe in etate virili pre-
dicando ⁊ ſigna faciendo mittere potuit. qđ ꝓbatur ꝑ locuꝫ a minori. Si
illud quod minus videtur ineſſe ineſt. ergo etiam illud quod magis.
¶ Sed querit Chriſoſto. nūquid neſciebant magi ꝙ in hieruſalem regna
bat herodes. Reſpondit Chriſoſto. Dum conſiderabant regem futuruꝫ
non timebant principem. adhuc tamen nō viderūt chriſtum. ⁊ iam para-
ti erant ꝓ chriſto mori. fixi em̄ erāt in amore chriſti. ⁊ ſic firmati in fide nō
obſtante herodis regimine viſitauerūt chriſtū. Subdit Chriſ. exclamā-
do. O beati magi qui ante ꝯſpectum crudeliſſimi regis prius q̄ꝫ chriſtum
cognoſcerent chriſti ſunt confeſſores. Item nota ſm̄ Chriſ. magi viderūt
dominē. agnouerūt redemptorem illuminati in fide. ſicut paſtores credē-
tes hunc puerum ſaluatorem mūdi quem queſierūt. non em̄ fuerūt retra
cti matris paupertate. nec domus ignobilitate. nec ex pueri imbecillitate
ſcientes ꝙ in tali forma vellet apparere qua poſſet ab hominib⁹ videri et
audiri. depoſitis coronis aureis. ⁊ in terram proſtrati adorauerūt veſtigi
um pedum eius. hanc puero reuerentiam primitus oſtendētes. de tanto
beneficio gratias agentes. animas ſuas in manus eius ꝯmendauerūt. vt
dicit̄ Math. ij. Et procidentes ⁊c ¶ Nota ꝙ ſeuus idem eſt qđ cru

delis. Sed colligo eſt verbum tranſitiuum compoſitum a con ꝛ lego. mutando n in l. ꝛ e in i.

**Anno hominis triceſimo ſubtus famuli ſe incliti inclinauerat manus deus. conſecrans nobis baptiſma in abſolutionem criminum.**

¶ Hic autoꝛ declarat aliud miraculũ ſiue aliã virtutẽ ꝑ quã pñs feſtũ declarat dicẽs (deus). i. xp̄s) inclinauit). i. humiliauit (ſe ſubtus manus incliti famuli) ſcꝫ iohis baptiſte (triceſimo anno homis). i. ſue humanitatꝭ (cõſecrãs). i. ſanctificãs (nobis baptiſma). i. sacꝝ fontẽ (in abſolutionez) id eſt expurgationẽ (criminũ). i. peccatoꝝ oꝛiginalium

**Ecce ſpiritus in ſpecie ip̄m alitis innocue vncturus ſanctus pꝛe oĩbꝫ viſitet ſꝑ ipſiꝰ contentus manſione pectoꝛis.**

¶ Ecce ſpũs) ſctũs (viſitat ip̄m) ſcꝫ xp̄m (in ſpecie). i. forma (innocue). i. columbe q̄ eſt auis innocens (vncturus) ſcꝫ ip̄m xp̄m donis ſue gr̄e (p̄ oĩbus ſanctis). i. ſuꝑ oẽs ſanctos (ↄtentus ſemꝑ manſione). i. in habitaculo (pectoꝛis illius) ſcꝫ chꝛiſti

**Patris etiã inſonuit vox pia. veteris oblita ſermonis. penitet me feciſſe hominẽ. Uere filius es tu meus mihimet placitus. in quo ſum placatus hodie te mi fili genui.**

¶ Et (pia vox p̄ris). ſ. dei oĩpotẽtis (oblita). i. ad modũ obliuiſcẽtꝭ ſe habẽꝫ (veterꝭ ſermonis) q̇ erat (penitet me feciſſe hoĩem inſonuit). i. audita eſt dicẽs (vere tu es filiꝰ meꝰ placitꝰ). i. placẽs (mihimet. in q̇). ſ. filio (ſuꝫ placatꝰ). i. ↄſiliatus. ſ. toti generi humano. o (mi fili ego genui te hodie)

Notandũ circa lr̄am ſupꝛa dictũ eſt ꝙ iſta dies ꝓpter tria miracula celebraẗ q̄ꝝ vnũ tãgiẗ in lr̄a. ſ. baptiſma. Circa qđ ſciẽdũ ꝙ dñs nr̄ ihs xp̄us voluit a Johe baptiſari vt vim regeneratiuã tactu carnis ſue aq̇s tribueret. vñ venerabilis Beda Uim retribuit aq̇s. vt q̇ poſtea imergereẗ inuocato trinitatis noĩe in baptiſmo a peccatꝭ tergerenẗ. Scđo vt nos exẽplo ſue hũilitatis inſtrueret. vñ Matheus Johes ꝓhibuit xp̄m dicens. dñe ego a te debeo baptiſari ꝛ tu venis ad me. Rñs ihs dixit ad eũ. Sic decet nos adiplere oẽm iuſticiã. gloſa. i. coꝛdis humilitatem. Tercio vt nobis ianuã celi aperiret. vñ Johis. iij. Niſi q̇s renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſancto nõ p̄t intrare regnũ celoꝝ. Scđo nota. q̄re baptiſmꝰ fit ꝑ aquã ꝛ nõ ꝑ aliud elemẽtũ. Dĩm ꝙ h̄ eſt ꝓpter multiplicẽ naturã aque. qꝛ q̄t virtutes hꝫ aqua naturalr̄ tot baptiſmus hꝫ ſpũalr̄. Primo eĩm aqua abluit ſoꝛdes. ſic baptiſmus abluit pctã. vñ Hiero. Baptiſmus eſt q̇ddã balneum. qđ celeſtis ſponſus eccl̄ie ſue p̄parauit. in q̊ ipſe p̄mo balneatꝰ eſt vt ex tactu ſui coꝛpis vim daret aquis pctã abluendi. Scđo aqua extinguit ignem. ſic baptiſmus extinguit ignem infernalem. Tercio ſubmergit hoſtem. ſic baptiſmus ſubmergit dyabolũ q̄tũ ad ſuã poteſtatem. vt amplius nõ poſſit agere niſi ꝑ ↄſenſuꝫ peccati. Quarto aqua irrigat et inebrias

terram.ſic baptiſmus coꝛ hoīs irrigat ⁊ inebꝛiat ad faciendū fructū bono-
rū opeꝝ. Quinto aqua diſſoluit ariditatē.ſic baptiſmus aperit celū. qꝛ cꝫ
cito puer baptiſatus eſt.ſi decedat inueniat celū aptum.cū añ baptiſmum
infernus eſſet ei aptus. vñ Ber. Ualde fatuū eſt dolere de hoc ꝙ filij eo-
rū tranſeūt a ſocietate hoīm ad ſocietatem angeloꝝ.ſed potius tales debe-
rent gaudere. vñ Seneca Moꝛtē moꝛtaliū ſtultū eſt deflere. Sexto ideo
qꝛ aqua ferebat ſpm̄ dei. vt habeť in Gen̄. Spūs āt dñi ferebať ſup aquas:
ſic ſpūſſctūs adeſt baptiſmo vt figuratū ē.qꝛ ſpūſſctūs apparuit ſup ioꝛdanē
in ſpecie colūbe. Septimo qꝛ ſicut aqua reficit infirmos.ſic etiā baptiſm⁹
facit filios dei qđ figuratum eſt in voce patris qñ dixit Hic eſt filius me⁹
dilect⁹. Octauo.qꝛ aq̄ recipit ymaginē reſpicientis.ſic baptiſm⁹ refoꝛmat
in hoīe ymaginē dei.qꝛ ymago dei in baptiſmo refulget tanq̄ꝫ in ſpeculo

Itē notādū in lr̄a dꝛ innocue ipm̄ alitis.i.colūbe. Unde colūba in ſua
natura ē innocua.nullū nocumētū inferēs.ſimplex ⁊ ſine felle ⁊ vniť mari-
to ſuo.ſic ſpūſſanct⁹ eſt piūctus in deitate cū filio ꝯtentus in pectoꝛe ipſi⁹
et ſunt vnū ⁊ idem in deitate. Itē lr̄a dr̄.veteris oblita ⁊c̄. Unde qñ pať
in diuinis miſit filium ſuum incarnari ꝓpter inobedientiam ⁊ tranſgreſſio-
¶ Hic applicat cuilibet euāgeliſte ſuā figurā oñdēs cām q̄re iſtis figuris figurant̃ ⁊ diuidit̃ in duas ꝑtes In p̄ma facit qđ dictū eſt In ſcđa ꝓbat ꝓ poꝛtōem eſſe rōnabilē. ſcđa ibi. Ecce foꝛma hᷓ. di. p̄mo ſcꝫ ſacra ſcriptura. (eſt dans). i. tribuēs (matheo) tali euāgeliſte (foꝛmā). i. ſpēm (viri) id eſt hois. ſcꝫ ideo (qꝛ ſcripſit). i. p̄dicauit (ſic). i. taliter (de deo) i. de humani tate dei. ſic ſcꝫ filiꝰ dei (deſcēdit). i. generabat̃ (ab eo) ſcꝫ patri omnipotēti (quē) ſcꝫ hoīem (plaſmauit). i. fecit (hominē) ſcꝫ eſſe

**Lucas bos eſt in figura vt pꝛemonſtratur in ſcriptura bo ſtiarum tangens iura legis ſub velamine.**

¶ (Lucas) talis euāgeliſta (eſt bos). i. iumētū (in figura). i. hꝫ figurā bo uis (vt). i. ſicut (p̄mōſtrat̃). i. declarat̃ (in ſcriptura). i. euāgelio (tāgēs). i. declarās (iura). i. ꝯſuetudines (hoſtiaꝝ). i. ſacrificioꝝ (ſub velamine). id eſt ſub figura (legis). i. veteris teſtamenti.

**Sed iohannes ala bina charitatis aquilina foꝛma fert̃ in diuina puriori lumine.**

¶ (Sꝫ iohēs). ſ. euāgeliſta (fert̃). i. dr̄. ſcꝫ figuratus (aq̄lina foꝛma). i. ſub foꝛma aq̄le (⁊ bina ala charitatꝭ). i. duplici vita ſplēdēs. ſ. actiā ⁊ ꝯtēplati ua. sᶜ qꝛ vidit (puriori). i. clariori (lumine). i. oculo (in diuina). i. i diuiate

**Marcus leo per deſertuꝫ clamans rugit in apertū iter fi at deo certū mūdum coꝛ a crimine.**

¶ (Marcꝰ) ſcꝫ euāgeliſta. sᶜ figuratꝰ leo (rugit). i. ſonat (clamās) i. pꝛe dicans (ꝑ deſertū). i. totū mūdū (incertū iter). i. vita recta (fiat aptuꝫ). i. manifeſtū (deo) ſcꝫ glorioſo (coꝛ). i. ꝓpoſitū noſtrū. ſupple ſit (mūdū) id eſt purgatū (a crimine) id eſt a peccato

**Quattuoꝛ deſcribūt iſti quadrifoꝛmes actus chꝛiſti ⁊ figu rant vt audiſti quiſquis ſuam foꝛmulam.**

¶ (Iſti quattuoꝛ) ſcꝫ euāgeliſte (deſcribūt). i. narrāt (quadrifoꝛmes ac tus). i. quadruplices operationes (chꝛiſti). i. filij dei (⁊ figurant). i. repꝛe ſentant (vt). i. ſicut (audiſti) ſcilꝫ per pꝛioꝛa (quiſquis ſcꝫ eoꝛum ſuam foꝛ mam; vel figuram vel faciem

**Natus homo declarat̃. vitulus ſacrificatur. leo moꝛtem depꝛedatur. ſed aſcendit aquila.**

¶ (Hō natꝰ). i. figura hoīs (declarat̃). i. exp̄mit incarnatōem xp̄i (vitu lus ſacrificat̃). i. figura vituli indicat paſſionē xp̄i (leo dep̄dat̃) id eſt ſuſci tat (moꝛtē). i. figura leonis rep̄ſentat nobis reſurrectōem xp̄i. et (aquila aſcendit). i. foꝛma aquile expꝛimit aſcenſionem chꝛiſti. ¶ Notandum ꝙ

btūs math. deſcribit in figura hoīs. qꝛ in ſuis euāgelijs deſcribit incarna
tionē xp̄i. qliter deꝰ hō factus eſt. igit forma humana eſt ſibi deputata Sꝫ
beatus lucas depingit in forma bouis. qꝛ ipe deſcribit in ſuis euangelijs
paſſionē xp̄i qualiter xp̄s ꝓ nobis tanꝙ vitulus oblatus eſt. Sꝫ marcꝰ
deſcribit in figura leonis. qꝛ p̄dicauit in mūdo clamās ꝯtra pctōꝛes tāꝙ
leo rugiēs dicens. Expurgate vetus fermentū ⁊ abijcite pctā veſtra de
cordibꝫ veſtris vt inhabitet vos xp̄s. qꝛ coꝛ mūdū ē dei tēplū. ſm dictū
apl'i. tēplū dei ſcm̄ ē qđ eſtis vos. Itē p̄s. In tēplo ſancto ſuo .i. in corde
puro ⁊ imaculato. Sꝫ ſcūs iohēs deſcribit in forma aqle. qꝛ aqla ē auis al
tiſſimi volatus. ſic ſcūs iohēs altiſſime ⁊ ꝓfundiſſime ꝯſcripſit euange
lia de oīpotentia ⁊ de diuinitate dei. qꝛ dixit. In p̄ncipio erat v̄bū ⁊c. igit
ꝯuenit ſibi diſpoſitio aqle. Tunc reſumit iſtud ſub breuitate dicēs ꝙ ma
theus in ſpē hoīs deſcribit humanitatē ⁊ incarnatōnem ieſu xp̄i. Lucas
deſcribit paſſionē xp̄i in ſpē bouis. Marcus deſcribit reſurrectōem xp̄i ⁊
extremū iudiciū in ſpē leonis. qꝛ extremū iudiciū eſt hoꝛribile ⁊ tremēdū.
Sed beatus Johēs deſcribit ꝑpetuitatē diuinitatis in ſpecie aquile

¶ Notandū. btūs matheus habuit faciē hoīs. cuiꝰ rō ſm Hiero. ē. qꝛ re
cte ſe habuit ad directōem. ſic ꝙ docuit quō xp̄s hō natꝰ ē de pura v̄gine
Sꝫ ſanctus iohēs habuit faciē aquile. qꝛ oꝛdinatus ē ad deū. vn̄ ꝑ oculū
eius intuet archana celeſtia. Unde dꝛ ſm p̄hm in naturalibꝫ ꝙ aqla ha
bet tam acutum viſum ꝙ ſolem irreuerberaliter aſpicit. ⁊ in alto volans
piſces maris videt. ⁊ habet roſtrum valde acutum. Etiam exuſta a ſole
in fontem magno impetu ſe ꝓijcit. ⁊ ſenectutem abijcit. ⁊ ideo dt p̄s. Re
nouabit ſicut aqle iuuentus tua. Sed marcus habuit faciē leonis. qꝛ ca
tuli leonū tribꝫ diebꝫ moꝛtui iacent. ⁊ rugitu leonis ſuſcitant. vt dt p̄hus
de naturis aīaliū. ⁊ iſtud bn̄ ꝯuenit marco. igit ⁊c. Sꝫ lucas hꝫ figurā vi
tuli. qꝛ ratōe oꝛdinatus fuit ad ſuum officium. ſcripſit em̄ ⁊ impleuit hoc
qđ alij euāgeliſte dimiſerūt. Un̄ bos eſt aīal moꝛoſum hn̄s vngulas di
uiſas. ſic ꝙ btūs lucas moꝛoſe ⁊ diſcrete miniſteriū ſibi traditū adimple
uit. Unde iſtas cauſas ꝯformauit qdaꝫ metriſta dicēs. Eſt lucas vitu
lus. leo marcus. auiſꝗ ioānes. Eſt hō matheus quattuoꝛ iſta deus. Eſt
hō naſcendo vitulus moꝛtē patiendo. Eſt leo ſurgēdo. volucriſꝗ ſum
ma petendo ¶ Item nota. iter eſt nomē tercie declinatōis neutri gene
ris. Sꝫ quadriformis eſt nomē adiectiū ꝯpoſitū a noīe quadrū dri. ⁊ foꝛ
ma. Item nota. cū dt. qdā libꝛi habent queꝗ ſuā foꝛmulā. tunc dꝫ ſic
exponi (ſua foꝛmula) .i. ſua diſpoſitio (figurat) .i. rep̄ntat (queꝗ) .i. que
libet eoꝝ (vt audiſti) id eſt ſicut rōnibus cōpꝛobatum ꝑcepiſti

Ecce foꝛma beſtialis. quā ſcriptura ꝓphetalis notat. ſꝫ ma
terialis hec ē impoſitio. Currūt rotis volant alis viſus lux ē
diſcretalis. rota ſenſus litteralis equalis ala ꝯtemplatio

¶ Hic autoꝛ ꝓbat has figuras euāgeliſtaꝝ rōnaliter aſſignatas. ⁊ cū h̄
declarat quandā viſionē dicēs (Ecce beſtialis foꝛma) .i. ꝑ beſtias rep̄ſen
tata (quam) ſcꝫ foꝛmam (ꝓphetalis ſcriptura) ezechielis prophete (no

rat).i.exp̄mit(ſ3).ꝓ tn̄ (hec ipoſitio).i.notificatio illoꝝ ſignoꝝ (eſt).i.exiſtit (materialis) ¶ Notandū q̄liter ſcriptura ꝓphetaꝝ ē manifeſta ꝑ figuras q̄ttuoꝛ aīaliū irrōnaliū. Intellige ꝙ iſte q̄ttuoꝛ figure non ſunt in euāgeliſtis naturalr̄ vel ſ̄m curſum nature eis ꝯnexe. qꝛ vt ſic tunc eſſent mōſtra. ſ3 iſte figure ſunt eis appropriate ſ̄m ꝓportōem materie de q̄bus materijs ſcripſerūt euāgelia. qꝛ mathe⁹ ſcripſit de natiuitate xp̄i. ꝛ h3 figurā hoīs. Lucas de paſſione ei⁹. ꝛ h3 figurā bouis. Marc⁹ de reſurrectione xp̄i. ꝛ h3 figurā leonis. Johes de aſceſione xp̄i. ꝛ h3 figurā aquile. Deinde ſubiūgit aliā viſionē dicēs (Currunt) ſc3 euāgeliſte (rotis) ſc3 ſuꝑ rotas in viſione ezechielis (volāt. alis) ſc3 ſuis (lux diſcretalis). i. vetus teſtamētū vel myſtica expō ſacre ſcripture (ē viſus) ſc3 eoꝝ aīaliū (rota) ſc3 q̄ apparuit (eſt).i. dꝛ (ſenſus lr̄alis) ſacre ſcripture (ala) ſc3 q̄ apparuit (ē ꝯtēplatio).i. dꝛ vita ꝯtēplatiua. ¶ Notandū circa vltimā ꝑtē huius ſentētie legit̄ in Apo. ꝙ hec q̄ttuoꝛ aīalia habuerūt alas. ꝛ diſpō eoꝝ erat quaſi rota in medio rote. ꝛ vnūq̄dq3 ibat an̄ faciē ſuā ꝛ cū ambularēt ambulabāt ſil̄r vt rote. vn̄ de iſto dt̄ btūs Hiero. in gloſa ezechielis. ꝙ q̄dlibet aīaliū habuit quattuoꝛ facies ꝛ q̄ttuoꝛ pēnas. vt has poſſum⁹ intelligere opoꝛtet nos imaginari aliq̄d aīal hn̄s caput quadratū ꝛ in qualibet ſuꝑficie opꝫtet nos imaginari vnā figurā ex ꝑte anterioꝛi faciē homis. ad dexterā faciē leonis. ad ſiniſtrā faciē bouis. a ꝑte poſterioꝛi faciē aq̄le. Igit̄ dt̄ btūs Gregoꝛi. Facies hoīs ꝛ facies leonis a dextris ipoꝝ facies vero vituli ꝛ aq̄le a ſiniſtris ipoꝝ quattuoꝛ. licet q̄dlibet habuit q̄ttuoꝛ facies. tn̄ ꝑ excellentiā cuilibet euāgeliſte eſt vna facies attributa ſ̄m exigentiam materie de qua ſcripſit euangeliū. ꝛ ſic habet̄ ꝙ ꝯtēplatio ipoꝝ ſit equalis et q̄dlibet eoꝝ his quattuoꝛ figuris deſcribitur

¶ Pro terminis nota. beſtialis ē nomē adiectm̄ deriuatū a noīe beſtia Sz notus ta tum ē nomē adiectm̄ deriuatū a ꝟbo noſco. Itē greſſus eſt nomen quarte declinatōis. ꝛ venit a gradioꝛ Itē lr̄a aliter p̄t exponi ſic. ſ. euāgeliſte vel iſta aīalia (currūt).i. volant (rotis).i. in rota (ꝛ volāt).i. circulariter mouent̄ (alis).i. ꝑ alas (ꝛ iſta tota ꝯtēplatio).i. viſio manifeſta euāgeliſtaꝝ (ē diſcretalis viſus).i. ſp̄ualis viſio. ſic ꝙ vnūq̄dq3 videt̄ vna figura (q3) ꝓ et (eſt equalis).i. vnifoꝛmis (greſſus).i. ꝓgreſſionis

Paradyſus his irrigatur viret floꝛet fundatur his abundat his letatur quattuoꝛ fluminibus

¶ Hic autoꝛ oñdit quō ſcī euāgeliſte officiū eis traditū deuote ipleuerunt. ꝛ cū hoc dirigit petitōem ad xp̄m dicēs (Paradyſus) ſc3 celeſtis vel fides xp̄iana (irrigat̄).i. humectat̄ (his).ſ. euāgeliſtis (viret).i. creſcit (floꝛet).i. germinat (fecūdat̄).i. fructificat̄ (letat̄).i. gaudet (his quattuoꝛ fluminib⁹).i. doctrinis ſanctoꝝ euangeliſtaꝝ

Fons eſt chꝛiſtus hi ſunt riui. fons eſt altus hi pꝛocliui. vt ſapoꝛem fontis viui miniſtrent fidelibus

(Chꝛiſtus).i. ieſus filius dei (eſt fons) ſc3 hoꝝ fluuioꝝ (hij) ſc3 euā

geliſte (ſunt riui) id eſt riuuli huius fontis (fons) id eſt chriſtus (eſt altus) id eſt ꝓfundus incōprehenſibilis. vel (altus) id eſt ſublimis (hij) .ſ. riui vel euangeliſte (ſunt proclini) id eſt capaces (vt) ꝓ ꝙ (miniſtrent) id eſt tribuant (fidelibꝫ) id eſt xp̄ianis (ſaporem) id eſt cognitōem (viui fontis) id eſt dei omnipotentis.

**Hoꝝ riuo debriatis ſitis creſcat charitatis. vt de fontē deitatis ſatiemur plenius**

Conſtrue (Noꝝ) ſcʒ euangeliſtaꝝ (riuo) .i. doctrina (debriatis) id ē repletis (creſcat) .i. augeat (ſitis) .i. appetitus ⁊ deſideriū (charitatꝭ) ſuple diuine (vt) .i. ꝙ (ſatiemur) .i. repleamur (plenius) .i. ꝓfundius ⁊ ꝑfectius (de fonte) id eſt gratia (deitatis) id eſt diuinitatis.

**Quorum trahat nos doctrina vicioꝝ de ſentina ſic perducat ad diuina ab imo ſuperius**

Conſtrue (Quoꝝ) ſcʒ euangeliſtaꝝ (doctrina) id eſt illuminatio (trahat) id eſt extrahat nos (de ſentina) id eſt macula (viciorum) id eſt peccatorum (ſic) id eſt tali modo (perducat) ſcʒ nos chriſtianos (ab imo) id eſt a preſenti ſeculo (ſuperius ad diuina) id eſt ad regna celorum.

¶ Notandū. mundus comparatur paradyſo propter quandam ſimilitudinem. qꝛ ex paradyſo ortū eſt p̄mum peccatum ⁊ p̄ma tranſgreſſio mandati facta eſt in paradyſo. ſic ꝙ ibi facta eſt mundi damnatio. ⁊ exinde totus mundus peccatis factus eſt plenus. Item fluuius (qui egreditur de paradyſo) diuiditur in quattuor regiones. ſcʒ orientalem occidentalem. auſtralem. ⁊ ſeptētrionalem. ⁊ ergo mundus comparatur paradyſo. ¶ Item nota. autor appellat euangeliſtas riuos propter ſimilitudinem. quia ſicut totus mundus irrigatur quattuor fluminibus de paradyſo emanantibus vel fluentibus. ſic totus mundus inebriatur ⁊ informatur quattuor doctrinis euangeliſtaꝝ. ⁊ ideo pſalmiſta dꝛ Riuos eiꝰ inebrians ⁊c̄. quorum riuorum fons eſt xp̄s. de quo dꝛ in euangelio Qui biberit aquam quam ego do. id eſt qui audierit meam doctrinā ꝑ quattuor euangeliſtas traditam. fiet in eo fons ⁊c̄.

¶ Pro terminis eſt notandū. ꝙ paradyſus ſm̄ diuerſos inuenitur in diuerſis generibꝫ. vnde Greciſta. De maſculinis dꝛ ille locus. ⁊ dꝛ a para quod idem eſt ꝙ iuxta ⁊ dyſis amenitas. qꝛ in paradyſo ſunt voluptates deliciaꝝ. Sʒ vireo vires virere eſt verbū neutrale ſcd̾e ꝯiugationis. Sʒ abundo eſt verbū p̄me ꝯiugatōis neutralis generis. ⁊ dꝛ quaſi ſatis habeo. Sed ſuperius eſt aduerbium loci vel comparandi. ⁊ dꝛ ab illa prepoſitōne ſupra. Sed ſentina dꝛ foſſa circūuallata ⁊ omnibus immundicijs plena. Sed perducat eſt verbum tercie coniugatōnis. ⁊ cōponitur a per ⁊ duco Item nota. ꝙ aliqui ſic legunt textum. horum riuos debibatis. tunc debet ſic exponi (debibatis) id eſt deguſtetꝭ (riuos) id eſt doctrinas (hoꝝ) ſcʒ euangeliſtaꝝ. Sʒ melius videꝛ ꝙ lr̄a habeat ſic. horum riuo debriatis. exponendo vt patuit.

**Beata beatoꝝ martyrũ ſolẽnia. O deuote recolẽda victoꝝ certamina. Digni dignis fulgẽt ſignis ꝛ florẽt virtutibꝫ. Jllos ſemꝑ ꝯdecenter veneremur laudibꝫ.**

¶ Jſta eſt ſequentia tertia de cõi ſcõꝝ. in qua autoꝛ tãgit ſolẽnitatem oim ſanctoꝝ martyrũ in cõi. Et diuidiť in tres ꝑtes. Jn ꝓma ꝑte excla/mando extollit ſolẽnitatẽ ſanctoꝝ martyꝝ. Jn ſcđa parte reddit cauſam debite ſolẽnitatis. Jn tercia ꝑte inuocat eos ad intercedendũ ꝓ nobis. ſe cunda ibi. fide voto. tercia ibi. ğ facti. Quantũ ad ꝓmã ꝑtẽ đr (O beata ſolẽnia). i. magne ſolẽnitates (btõꝝ martyꝝ). ſ. xp̄i (o certamina). i. pu/gne (victoꝝ). i. ſcõꝝ martyꝝ (recolenda). i. veneranda (deuote). i. humi/liter. ſ. a populo xp̄iano (digni) ſcꝫ martyres (fulgent dignis ſignis. ꝛ flo rent). i. ſplendẽt (ꝟtutibꝫ. nos veneremur). i. honoremus (ſemꝑ). i. om̄i tꝑe (ꝯdecenter). i. honoranter (illos) ſcꝫ martyres (laudibꝫ). i. canticis.

¶ Notandũ. ſcribiť Machabeoꝝ primo. Moriamur in ſimplicitate no/ſtra. ꝛ teſtis eſt nobis deus q̄m iniuſte ꝑdidiſtis nos. Jſta ſunt verba fi/liorum iſrael ad anthiochum. qui poſt morteꝫ Alexandri magni vocaba tur macedo. qꝛ ꝓus regnauit in grecia. ꝛ diuiſit regnum ſuum duodecim pueris eius. qui omnes impoſuerunt ſibi diademata. ꝛ multiplicata ſunt multa mala in terra. ꝛ ſurrexit in terra radix peccati filius anthiochi. qui erat obſes rome grauiter tribulauit populũ dei. ꝛ ſurrexit dux populi cõ tra anthiochum ꝛ ꝯgregauit populũ magnum Sed antiochus inuaſit fi lios iſrael in die ſabbati. ſed ipi negauerunt preliũ ne polluerent diem ſab bati dicentes. moriamur in ſimplicitate noſtra. ꝛ hoc fuit ꝑ̄ſagiũ mortis ſanctoꝝ martyrũ ꝗ innocenter occiduntur. Primo ratõne patientie. cum đr. moriamur ꝛc̄. Scđo rõne innocentie. cum đr. teſtis eſt nobis deꝰ Pri mũ declaratur. nã in om̄ibꝫ tribulatõnibꝫ erant patientes ꝛ inſidias forti ter ſuſtinentes. vñ in libro ſapientie ſcribiť Corã hominibꝫ tormẽta paſſi ſunt. deus tentauit illos. Et alibi. Beatus vir qui ſuffert tentatõem. tẽ tatio em̄ patientiã operatur. patientia vero opus bonũ. qđ opus eſt meri/toriũ eterne vite. q̄m aĩe iuſtoꝝ in manu dei ſunt. Deinde declarať ſcđm. nã vox ſcõꝝ martyꝝ quotidie clamat ad dñm ꝓ vindicta ſuoꝝ inimicoꝝ vñ in Apoc. Vidi ſub ara dei voces occiſoꝝ clamantiũ. dñe quare nõ vin dicas ſanguinẽ noſtꝝ. Et acceperunt diuinũ reſponſum. adhuc ſuſtinete modicũ tempus donec impleať numerus fratꝝ veſtroꝝ. Item p̄s. Vin/dica dñe ſanguinẽ ſanctoꝝ tuoꝝ. ꝗ effuſus eſt. Jtẽ ſi arguať. ex iſto vide/tur ꝙ ſancti dei ſunt iniuſti ꝛ legis tranſgreſſores. quia petunt vindictaꝫ nam dicitur in euangelio mathe. Orate pro ꝑſequentibus ꝛ calumnian/tibus vos. Dicendum eſt ꝙ ſancti non petunt vindictam malicie. ſꝫ ro/gant deum pro vindicta gratie. vt cognoſcãt ſe deliquiſſe in amicos dei vt conuertantur ad dominum et penitentiam agant pro delictis ſuis Et quia ſancti martyres chriſti iſta duplici virtute fulgent. ſcilicet pa/tientia ꝛ innocentia. et ergo merito cum dignis laudibus et ſolennitati/bus extolluntur ¶ Item ſancti martyres dicuntur victores non ꝙ vi

terũt ſuos aduerſarios eos interficiendo.ſ; ꝟtutib⁊ trãſcẽdẽdo.q̃uis cor/
poralr̃ mortui ſtꝫ.tñ ſpũalr̃ viuificãt. Et h̃ declarat duplr̃. ſcꝫ ethice ⁊ the
ologice. Ehice ſic.dr̃ em̃.iiij ethico. Meli⁹ eſt mori q̃ facere ꝯtra bonum
ꝟtutis. Vñ Homer⁹ laudat quẽdã puerũ mortẽ libere ſubeũtẽ ne indi/
gna a ſuis natalib⁊ ſuſtineret.⁊ ſ̃ ſcĩ martyres mortui ſunt ⁊ ad vitã trãſ/
lati.qr oculis inſipiẽtiũ viſi ſtꝫ mori.illi aũt ſtꝫ in pace Theologice ſic decla
rat.qr dr̃ euan. Nolite timere eũ q̇ p̄t corp⁹ occidere.ſ; timere eũ q̇ corp⁹
et aiaꝫ p̄t mittere in gehẽnã.necc̃e eſt em̃ vt vitã eternã mors p̄ueniat.vñ
in euã. Niſi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ip̄m ſolũ manet

**Fide voto corde toto adheſerunt domino. Et inuicti ſunt ad dicti atroci martyrio**

¶ Hic au.reddit cãm q̃re ſcĩ martyres ſtꝫ extollẽdi laudib⁊ di. (Adheſe/
rũt ſcĩ martyres).i.aſtiterũt( dño).i.xp̄o(fide).i.ĩ ꝯfeſſiõe fidei( voto).i.
in ꝓmiſſione.ſcꝫ ex toto corde(⁊ inuicti).i.inſeꝑabiles(ſtꝫ addicti).i.adiu
dicati (atroci martyrio).i.crudeli tormento

**Carcerati trucidati ꝑtulerũt plurima Igne leſi ferro ceſi tor/ mentorũ genera. Dũ ſic torti cedũt morti carnis ꝑ interitum**

Et ſcĩ martyres (carcerati).i.carcere ĩcluſi(trucidati).i.puniti(leſi).i.ꝑ
cuſſi(ferro).i.gladijs(ꝑtulerũt).i.ſuſtinuerũt(plurima genera).i. varias
penas(tormẽtoꝝ).i.horribilium inſtrumẽtoꝝ penaliũ (dũ).i.qñ.ſcꝫ ſan/
cti martyres ſic(torti).i.puniti(cedũt).i.cedũtur(morti)ſcꝫ tꝑali(ꝑ in/
teritũ).i.mortẽ (carnis).id eſt vite temporalis.

**Ut electi ſunt adepti btõꝝ merita Per ꝯtẽptũ mũdanoꝝ ⁊ ꝑ bella fortia meruerũt angeloꝝ victores ꝯſortia**

Ut).i.ſicut(electi).i.p̄deſtinati(a deo ſunt adepti).i.acq̇ſierũt (p̄mia)
id ẽ mercedẽ(btõꝝ).i.regnũ celoꝝ( Per ꝯtẽptũ).i.ſpretũ( mũdanoꝝ).i.
tꝑaliũ(⁊ ꝑ fortia).i.virilia bella( victores).i.ſuꝑatores(ꝯſortia).i ſocie/
tates(angeloꝝ).i.ciuitatũ celeſtiũ(meruerũt) ¶ Notãd̃ q̇ ad felicitateꝫ
cuiuſlibet hoīs req̇rit̃ fides.vñ apl̃s. Frẽs nolite iugũ ducere cũ infidelib⁊
ex q̇ vult q̇ fidelitas ⁊ infidelitas diſtinguũtur ſicut de⁹ ⁊ dyabol⁹. Fi/
des em̃ multa oꝑat̃.nã fides mõtes trãſfert.vt dr̃ Marc⁹ in euãge. Iteꝫ
apl̃s ad Heb. Multos de patrib⁊ noſtris enũerat q̇ ꝑ fidẽ vicerũt regna
oꝑati ſunt iuſticiã.adepti ſtꝫ repromiſſiones ¶ Itẽ nota ꝑ votuꝫ intelligit
ſpem q̇ ſumme nec̃aria eſt.nã deſꝑatio eſt maxima cã interitus.ſ; ſpes nõ
ꝑmittit ꝯfuſionẽ.vñ p̄s. In te dñe ſperaui.nõ ꝯfundar ineternũ ⁊c.⁊ alibi
In te ſperauerũt ⁊ nõ ſunt ꝯfuſi.Sꝫ ꝑ cor dat̃ intelligere charitateꝫ q̇ eſt
in corde puro.⁊ eſt ſumme nec̃aria.qr ſine charitate nullũ op⁹ ad effectuꝫ
ꝓducit̃.vñ Apl̃s. Si linguis hominũ loquar ⁊ angeloꝝ.ſi omnẽ ſubſtan/
tiam meam do pauperib⁊ ⁊c.charitateꝫ aũt nõ habuero.factus ſum ſicut
es ſonans aut cymbalum tynniens. Itẽ nota au.enumerat plura genera
tormentoꝝ q̇ nõ debẽt intelligi vni martyri accidiſſe.ſed diuerſis. vt dicte

apl's. Nam alij tentati ſunt. alij ſecti. alij truncati. alij p occiſionem gladij mortui ſunt. ſed in hoc oēs ꝯueniūt. qꝛ oēs teſtimonio ſunt ꝓbati. Itē nota impoſſibile eſt ꝙ hō in hac vita anteq̄ȝ habeat dilectōem ad futurā gloriā p paſſiones corꝑales nō trahaꝛ. Rō huiꝰ eſt. qꝛ caro frequēter ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. ꝛ hmōi paſſiones faciūt hoīem morti cedere. ne caro patiaꝛ interitū. ſed ad reſiſtendū hmōi ꝯcupiſcētijs requiriꝛ ſpūs fortitudinis quibꝫ hō ꝯfortaꝛ ne tꝑales paſſiones timeat ꝓ eterna gloria acq̄rēda. ¶ Pro terminis nota. adherere eſt v̾bū neutrale ſcđe ꝯiugatōnis. Sed addictus eſt participiū p̄teriti tꝑis a v̾bo paſſiuo addicor. Sed tortus a um eſt participiū p̄teriti tꝑis a v̾bo paſſiuo torqueor

**Ergo facti coheredes chriſto in celeſtibꝫ. Apud ipſum vota noſtra promouete precibꝫ. Ut poſt huius vite finem et poſt tranſitoria. In perenni mereamur exaltari gloria**

¶ Hic inuocat ſctōs martyres vt intercedāt ꝓ nob̄ dicēs (Ergo). i. vos ſci martyres (facti coheredes). i. in hereditate ꝑticipes (xp̄o). i. filio dei. (in celeſtibꝫ). i. in regno celoꝝ (vos ꝓmouete). i. dirigite (vota nr̄a). i. deſideria nr̄a (p̄cibꝫ). i. orōnibꝫ vr̄is (apud deū) ſcȝ oipotētē (vt). i. q̄tenus. (poſt finē). i. terminū (huiꝰ vite) ſcȝ tꝑalis (ꝛ poſt trāſitoria). i. res mutabiles huius mūdi (mereamur). i. digni ſumꝰ (exultari). i. ꝯgaudere (in ꝑenni gloria). i. in eterna vita ¶ Notandū p̄mo ꝙ ſci martyres maxime dicūtur coheredes xp̄i. nā hereditas xp̄i p tribulatōnem acq̄riꝛ. iuxta qđ dꝛ petrus aplꝯ. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis. vobis relinquēs exemplū vt ſequamini veſtigia eius. qui pctm̄ nō fecit nec dolus inuentus eſt in ore eius. vn̄ Apl's ad Corinth. Sicut fuimus ſocij paſſionū. ſic ꝛ erimus ſocij ꝯſolationū. Itē aplꝯ ad Ro. Uos eſtis dei filij. ergo ꝛ heredes. ꝛ ſi heredes. ergo celeſtis regni ꝑticipes. quare dignū eſt vt eos imploremus quatenus ipſi ꝯfeſſores ꝓ nobis ad deū intercedāt. ¶ Scđo nota. au. impetrat eternā vitā poſt iſtā vitā. ad deſignādū ꝙ nullꝰ hominū corporaliꝛ p̄t intrare regnū celoꝝ niſi corꝑe glorificato poſt mortē tꝑalem. Rō eſt. qꝛ corpus eſt terreſtre ꝛ mortale. ꝛ nō p̄t glorie celeſti coequari. cū ipſa ſit ſempiterna. et ergo indiget glorificatione

**O laudes ſaluatoris vt mens inciteꝛ humilis Sentiat hunc diem iuſta de cauſa celebrem. Gaudeat ꝛ ſeſe ſic pia vota promere.**

¶ Iſtud eſt iam canticū aliud. in quo autor tangit materiam alicuius cōfeſſoris prout ipſa materia reſpicit quemlibet confeſſorem ꝛ in ꝯmuni Et diuidiꝛ in tres ꝑtes. In prima parte autor hortatur populū ad feſtiuitatem ſanctorum confeſſorum. Secūdo reddit cauſam huius celebritatis

In tercia dat modum inuocandi quemlibet confeſſorẽ. Secũda ibi. Hac
die. Tercia ibi. Ad tanti patris gloriam dicens (humilis mens) id eſt de-
uota anima chriſtiana (incitet) id eſt inſtigetur (ad laudes) id eſt ad ho-
norem (ſaluatoris) id eſt omnipotentis chriſti (vt) id eſt ꝙ (ſentiat) id eſt
cognoſcat (hunc diez) ſcȝ ſancti cõfeſſoris (iuſta) id eſt rationabili (de cau-
ſa) id eſt ratione (celebrem) ſcȝ eſſe .i. celebrandã (⁊ gaudeat) ſcilȝ anima
chriſtiana. id eſt letetur (ſic) id eſt taliter (ſeſe). id eſt ſeipſa (ꝓmere) id eſt
decantare (pia vota) id eſt deuotas ſuas orõnes ¶ Notandũ primo ſcri-
bitur in libro Sap̄. Et quis ſicut Hierobabel ſacerdos magnus qui in
vita ſua ſuffulſit domũ. et in dieb ſuis corroborauit templum. et ſunt ver-
ba ſcripta de Hierobabel qui renouauit templum dei poſt tranſmigrati-
onem babilonis. Et poſſunt hec verba ꝯuenienter ad quemlibet confeſſo-
rem applicari. Unde in his verbis principaliter tria attendũtur Primo
ſacramentorum dei ꝯmunicatio. Secũdo ſancte eccleſie edificatio. Ter-
cio attenditur chriſtiane fidei cõfirmatio. Et hec tria requirũtur ad quẽ-
libet doctorem fidei qui deſignatur nomine hierobabel. Unde hierobabel
interpretatur quaſi diſſipator confuſionis. Nam quilibet predicator tene-
tur ꝯfuſionem populi diſſipare. ⁊ ſanctam fidem ſumma diligentia infor-
mare. De primo dicit apoſtolus ad hebreos. Omnis pontifex ex homini-
bus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his que ſunt ad deum. vt
offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis hominũ. Cum igitur nomen ſacer-
dotis ſit equiuocum. quia nõ omnes ſacerdotes ſunt participes huius no-
minis hierobabel. ſed quidam magis ſunt factores confuſionis ꝙȝ diſſipa-
tores. ⁊ ergo non tantum dicit ſacerdos ſed ſacerdos magnus. ſcȝ ſub ad-
miratione. Deinde declarat ſecũdũ. ſcilicet ſancte eccleſie edificatio. naȝ
propterea filius dei venit in hunc mũdum et elegit confeſſores ⁊ predica-
tores a quibus eccleſia confortabatur ambulans in timore domini. et figu-
ra iſtius eccleſie fuit edificatio tabernaculi de quo legitur in Exodo. Do-
minus elegit ad edificationem tabernaculi ſpeciales artifices voluntatem
habentes in lege domini. Et per iſtas figuras innuitur diſpoſitio taberna-
culi noſtri ⁊ ſancte eccleſie. que hodierna die ex doctrina fidelium edifica-
tur. Deinde declaratur tercium. ſcilȝ fidei confirmatio. nam ratione car-
nalis concupiſcentie plurima mala oriuntur homini propter que aliquã-
do ex ſuggeſtione dyaboli oritur deſperatio. aliquando prauitas heretica
ex malo intellectu articulorum. Et ergo habemus exemplum ſanctorum
predicatorum que ſunt nobis confirmatio in fide. templum ⁊ eccleſiaȝ do-
mini roborantes. Igitur hec ſequentia in laudem ⁊ honorem ſanctoꝝ con-
feſſorũ eſt decantanda ¶ Secũdo nota au. dr̃ notãter in littera ad lau-
des ſaluatoris. qr omis laus que exhibet ſanctis p̃cipue ⁊ p̃ncipaliter ex-
hibet ipſi deo. iuxta illud p̄s. qui dr̃. Laudate dñm in ſanctis eius ⁊c. Et
rõ huius eſt. quia omnis operatio eſt ratione finis. vt dicitur primo Ethi-
corum. ſed laus eſt optima operatio. vt dicitur quarto ethicorum. modo
optime operationis optimus erit finis. igitur laus erit finis optimi. ſcilȝ ie-
ſu chriſti ¶ Pro terminis nota. incitor eſt verbum paſſiuum p̃me ꝯiu-
gationis ab in ⁊ a verbo frequentatiuo incito as. ſed promo eſt verbũ trã-
ſitiuũ tercie ꝯiugationis. ⁊ ſignificat decantare.

# De confeſſoribus

**Hac die celoꝝ ſecreta petijt lux pontificū. Jugiter in choꝛo ſanctoꝝ ſplendens vt ſidus aureum.**

¶ Hic au. reddit cām laudis dei ⁊ ſcto͂ꝝ ſuoꝝ di. Fidelis aīa merito gau det in iſto die (nā lux) .i. claritas ſeu grā (pontificū) .i. ſcto͂ꝝ ꝯfeſſoꝝ (pe tijt) .i. acceſſit (hac die) .i. hodie. vel in hac ſolēnitate (ſecreta) .i. altitudi nē (celoꝝ) .i. poloꝝ (Igit) .i. ꝓpter hoc. ſcꝫ eſt (ſplendēs) .i. rutilās (in cho ro ſcto͂ꝝ) .i. in celeſti gloꝛia (vt) .i. ſicut (aureū ſidꝰ) .i. ſtella imaculata.

**¶ Et gaudiū angelis factū eſt ex aduentu tanti comparis Fuiſſe queꝫ angelū dn̄i ꝯſtat exercituū. Qui cuiqꝫ ſuam tri tici dans menſuraꝫ. Ad fidei caulas congregans ouiculas lu pi pꝛeuidit inſidias**

Et gaudiū) .i. magnū deſideriū factū eſt (angelis) ſcꝫ ī celo (ex aduētu) id eſt pn̄tia (ꝯparis) .i. noui ſocij (quē) ſcꝫ ſociū (ꝯſtat) .i. manifeſtū ē (fu iſſe) .i. extitiſſe (angelū) .i. pontificē (exercituū) .i. ꝓploꝝ (dn̄i) .i. dei oīpo tentis (q̇) ſcꝫ dn̄s (eſt dans) .i. tribuens (cuiqꝫ) .i. vnicuiqꝫ (ſuā mēſurā) id eſt debitā infoꝛmatōem (ꝯgregās) .i. colligens (ouiculas) .i. hoīes errā tes (ad caulas) .i. ad ouile fidei. hoc eſt ad eccliam (p̄uidit) id ē deſtruxit (inſidias) id eſt inimicicias (lupi) id eſt dyaboli

**Fidelis ⁊ pꝛudens credita diſtribuens qui dedit ad menſam dn̄i pecuniā vt dignā faceret vſuram**

Et dn̄s eſt fidelis) .i. fidus (⁊ pꝛudēs) .i. ſapiēs (diſtribuens) .i. diuidēs (credita) .i. ſibi ꝯmiſſa (hic) .i. iſte ꝯfeſſoꝛ (dedit) .i. expoſuit (pecuniā dn̄i id eſt p̄dicatōes ⁊ doctrinas (ad mēſam) .i. in ꝯuerſione plurimoꝝ homi nū (vt faceret vſurā) .i. acqſitōem ⁊ lucrū (dignā) ſcꝫ regno celoꝝ.

**Beatus hic ſeruus quē cū venerit dn̄s ita inuenerit. Pꝛoba tum in terra ſuper omnia illum in patria ſtatuet**

Hic ſeruꝰ) .i. iſte pontifex (eſt beatus) .i. ſanctus (quē) ſcꝫ ſeruū (dn̄s) .id eſt deꝰ oīpotēs (cū) .i. qn̄ (venerit) ſcꝫ in nouiſſimo die (inuenerit) .i. reperi et (ita) .i. taliter. ſcꝫ vigilātē ſup gregē ſuū (ꝓbatū) .i. ꝯfirmatū (ī terris) .i. p̄dicatōibꝫ (ſtatuet) .i. ꝯfirmet (illū) ſcꝫ ſeruū (in patria) .i. in regno celoꝝ (ſup oīa) ſcꝫ bona ſua ¶ Notā. au. in hac pte reddēdo cām quare gaudē dū ſit in feſto huiꝰ patroni multas introducit hiſtoꝛias ⁊ parabolas. Pri mo eīn dr doctoꝛē ſctē fidei eſſe tanq̄ ſidus aureū. vn̄ Dan. Qui aūt do cti fue. fulge. quaſi ſplen. firmamē. ⁊ q̇ ad iuſticiā erudiūt multos. ſtꝫ quaſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Scdo cōmēdat eū. qꝛ eſt ſociꝰ angeloꝝ. iux ta illud Malach. v. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiaꝫ ⁊ regem exqui rūt ex oꝛe eius. qꝛ angelus dn̄i exercituū eſt. Tercio autoꝛ tangit ꝑabolas.

quã poſuit lucas in euãge. de ſanctis ꝯfeſſoribꝫ. qꝛ fidelis ſeruus ⁊ prudẽs quẽ ꝯſtituit dñs ſuꝑ familiã ſuã. ſcꝫ ad regendum ipſam. vt det illis in tẽpore tritici menſurã. i. bonã doctrinã. qs eſt hic ⁊ laudabimus euꝫ. beatus ille ſeruus quẽ cũ venerit dñs in extremo iudicio inuenerit ita facienteꝫ id eſt in talibꝫ virtutibꝫ laborantẽ. bñ dico. qꝛ ſuꝑ oĩa q̄ poſſidet ꝯſtituet eum in regno celoꝝ. Quarto tangit parabolã. qꝛ ſcribit iohẽs in euãge. ꝙ fidelis ꝯfeſſor eſt tanq̄ꝫ paſtor bonus ⁊ nõ mercenariꝰ. qꝛ mercenarius vidit lupum veniẽtẽ ⁊ fugit. ſed paſtor bonus aĩam ſuam ponit ꝓ ouibꝫ ſuis. Sic iſte ꝯfeſſor cuſtodiuit populuꝫ ſuũ ⁊ reduxit eum ad ouile fidei. vt fieret vnus paſtor ⁊ vnũ ouile. Quinto autor tangit parabolã quam ſcribit Matheus in euãgelio. hõ quidã peregre ꝓficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos ⁊ tradidit illis bona ſua. vni quidẽ dedit q̄nq̄ꝫ talenta. alteri duo. alteri vero cõmiſit vnũ Sed iſte confeſſor cuius feſtum hodie peragimus pecuniam ſibi ꝯmiſſam dedit ad menſam dñi ſui cũ magna vſura. qꝛ multas aĩas deo acquiſiuit. quare dictũ eſt ei. euge ſerue bone ⁊ fidelis ⁊c. intra in gaudium domini tui

**Ad tanti patris gloriam celebrandam chorus ꝯcinat laudem dignam ⁊ populus letis reſpondeat vocibꝫ.**

¶ Hic autor reddit cãm laudis dei ⁊ ſanctoꝝ eius dicens (Chorus). i. ꝯgregatio chriſtifideliũ vel ꝯgregatio clericoꝝ (ꝯcinat). i. decantet (dignã laudem) id eſt debitam reuerentiam (ad celebrandam) id eſt ad recolendam (gloriam). i. honorem (tanti) tam ſancti (patris) id eſt confeſſoris (et populus) ſcꝫ laicalis (reſpondeat) id eſt reſponſa dedit (letis vocibus) id eſt dulcibꝫ melodijs.

**¶ Dicamus omnes cernui. tanto patri iungat ſe ſuo grex paſtori. et precibꝫ fuſiſq̄ꝫ lachrymis clamemus.**

¶ Conſtrue (Oĩes cernui). i. nos deuoti (dicamꝰ). i. dicere debemus vel laudem reſonemus (tanto patri). i. tam magno patrono (grex). i. populus xp̄ianus (iungat) id eſt ſociat (ſe ſuo paſtori) id eſt ſuo patrono (et clamemus). i. rogemus iſtũ ſanctũ ꝯfeſſorem (precibꝫ). i. orõnibꝫ (q̄ꝫ) ꝑ et (fuſis lachrymis) ſcꝫ ꝓ peccatis noſtris

**Paſtor bone miſerere eccleſie. tuiſq̄ꝫ p̄cibꝫ refoue cõfer opem plebi tue. p̄ces attende. ⁊ pio iuuamine maculas dilue. In via nos adiuua colloca in patria. redde q̄ ſperamus bona.**

O (paſtor bone). i. o ſancte ꝯfeſſor (tu miſerere eccl'ie) ſcꝫ xp̄iane (q̄ꝫ) ꝑ ⁊ (tu refoue). i. nutrias (tuis p̄cibꝫ) id eſt tuis ꝯtinuis orõnibꝫ (confer) id eſt ꝯcede (tue plebi). i. populo xp̄iano (opem). i. auxiliũ (attende). i. exaudi (p̄ces). i. noſtras orões (⁊ dilue). i. purga (maculas) id ẽ pctã noſtra (pio iuuamine) id eſt tua pia interceſſione (adiuua). i. ꝯſerua (nos) ſciliceꝫ chriſtianos (in via). i. in hac tp̄ali vita (colloca) id eſt repone (in patria)

id eſt in regno celoꝝ (qꝫ) ꝑ et (redde) .i. tribue. ſcȝ nobis (bona) celeſtia (q̄ ſperamus) .i. optamus ſcȝ ꝛ ꝓ quibꝫ in hoc mūdo laboramus.

¶ Notandū ꝑmo au. dr̄ in lr̄a in via nos adiuua. vn̄ btūs Aug⁹. in omelia ſup matheū dr̄. ꝙ in hac via ſumus q̄ſi in via ꝑ quā ad patriā tendim⁹ Vn̄ vita p̄n̄s via dr̄. de qua nos viatores appellamur. ſicut em̄ viator eſt in motu ꝯtinuo tendēs ad terminū. ſic in iſta vita ſumus in motu tendentes ad requiem. ꝛ ergo in via petimus iuuari vt ꝑueniamus ad patriā q̄ eſt vita futura. ꝛ terminus vite noſtre ad quā terminat̄ om̄is tribulatio et anguſtia. ꝛ in qua eſt gaudiū ꝛ requies ſempiterna. ꝛ in hac patria petimus nos ex virtute huius ꝯfeſſoris feliciter collocari. vt beneficia celeſtia que ſperamus nobis tribuātur. ¶ Pro terminis nota. cernuus a um eſt nomē adiectiuū ꝯplens ꝯpatiuū cū aduerbio magis ꝛ poſitiuo. ꝛ idē eſt qd̄ deuotus. ꝛ deriuatur a ꝟbo cerno. quia cernuus ꝛ deuotus ſemꝑ cernit intra. Sed dilue eſt ꝟbū tranſitiuū tercie ꝯiugatōis. ꝯpoſitū a di ꝛ luo: qd̄ plura ſ̄cat. vn̄ Ebrardus. Eſt luo luxurio ꝛc̄

Xultent filie ſyon in rege ſuo neſcientes thorum delicti crimine ſordidatum. Quarū chriſte ſponſus virginum virginis es filius. Cuius gratie mira opera in ſanctis tuis ſunt merita

Iſta eſt alia ſequētia de cōibꝫ feſtis ſctōꝝ ꝯpoſita in feſtiuitatibꝫ ꝟginum decantāda. cuius materia reſpicit caſtitatē virginalē. Et ꝓcedit autor in ea tali modo acſi tm̄ de vna virgine loqueret̄ ꝗuis poterit pluribꝫ applicari. Et diuidit̄ iſta ſequentia in tres ꝑtes. In ꝑma ꝑte hortat̄ quālibet aīam fidelem ad gaudendū de ꝯſtantia virginali. In ſecūda ꝑte ꝯmendat quālibet virginē rōne reſiſtentie tentationū carnaliū. In tercia ꝑte deſcribit gloriā ꝛ remuneratōem ei⁹ in celo. ſcd̄a ibi. Hoc miraт̄. tercia ibi Nūc inter virgines. Quātū ad ꝑmā ꝑtē au. introducit vnā ꝓpheciā q̄ ſcribit̄ pſalmo vltimo. ꝑ quā hortat̄ quālibet fidelē aīam ad gaudendum dicens. (Filie ſyon) .i. eccl̄ie vel ſctē virgines (exultēt) .i. gaudeant (in regno ſuo) id eſt in xp̄o (neſcientes thoꝝ) .i. lectū (ſordidatū) .i. maculatū ſiue pollutum (crimine) .i. pctō (delicti) .i. luxurie (quaꝝ) ſcȝ ꝟginuȝ (o xp̄e) .i. ſaluator (tu es) .i. exiſtis (ſponſus) .i. maritus (ꝟginū) ſcȝ ſanctaꝝ. ꝛ tu es (filius virginis) ſcȝ marie. (cuius) ſcȝ filij (merita) .i. premia (in tuis ſanctis ſunt) .i. exiſtūt (mira oꝑa) .i. miracula (gratie) id eſt glorie

Ut das cernere hac in virgine cui⁹ hec feſta ſunt hodie Que fragili ſexu feminco viriliter carnis iure domito. Angelicam hic vitā duxerat in carne. dum preter carnem vixerat

Conſtrue (vt) .i. ſicut (tu das cernere) .i. videre (in hac ꝟgine) ſcȝ ſancta (cuius) ſcȝ ꝟginis (hec feſta) .i. p̄n̄tes feſtiuitates (ſunt) .i. colūtur (hodie) .i. in hac die (q̄) ſcȝ ꝟgo (domito) .i. refrenato (iure) .i. poteſtate (car

nis).i.corꝑis (duxerat).i.ducebat (fragili femineo ſexu).i.debili (hic).i. in pñti mūdo (in carne).i.corꝑe hūano (angelicā vitā).i.vitā angelorum (dū).i.qñ.ſcꝫ ipa ꝟgo (vixerat).i.viuebat (ꝑter carnē).i.ſine ↄcupiſcētia carnis.ſcꝫ ita domuit carnē ſuā. ¶ Notandū.ſnīa ꝑt haberi breuiter extra litterā ſub his ꝟbis.qlibet hō debet ↄgaudere xp̄o.qꝛ eſt ſponſus omniū virginū.qꝛ ipſe multa oꝑa miraculoſa fecit ꝑ ſctōs ſuos. Qđ etiā pꝫ in hac virgine cuius feſtū hodie colimus.qꝛ ipſa ↄtra omīa tentamenta dyabolica virginitatē ↄſeruauit. ¶ Scđo nota.ꝙ ſcribit̄ in libro ſapientie.ca. viij. Dn̄s omniū dilexit illā. Circa hoc nota.ꝙ ph̄us.viij.ethicoꝝ diſtinguit triplicem dilectōem penes triplex bonū. Om̄e em̄ qđ diligit̄ ſub rōne boni diligit̄. Eſt aūt triplex bonū.ſcꝫ bonū vtile.bonū delectabile.⁊ bonum honeſtū. Dilectio boni vtilis non eſt durabilis.qꝛ ceſſante bono vtilitatis dilectio corrumpitur. Item dilectio boni delectabilis nō eſt durabilis.qꝛ deficiente delectabili corrumpitur ipſa delectatio. Dilectio autē boni honeſti firma eſt.qꝛ cauſatur a bono virtutis reſpectu cuiuſcūqꝫ delectabilis ſiue vtilis. Sic dominus omniū dilexit hanc virginem nō tāqꝫ bonum vtile.nam vtilitas rei arguit imperfectionem ſui poſſeſſoris.ſed deus omnium perfectus eſt ſm̄ yperbole.vt dicitur quinto metaphyſice Itēꝫ nō dilexit eam tanqꝫ bonū delectabile.quod de ſe ſimiliter arguit imꝑfectōem delectantis. Sed ſi hoc dicitur ꝙ deus delectatur in hominibꝰ. qꝛ in ꝑſona ſapientie. Delicie mee ſunt eſſe cum filijs hominū. Dicendū ꝙ talis delectatio nō eſt boni delectabilis penes quod talis diſtinguit̄ dilectio.niſi tm̄ ſimilitudinarie ⁊ in comparatione ad nos.ſed magis eſt boni honeſti. Nam bonitas diuina delectatur in bonis tanqꝫ in ſuo ſimili.et exinde capitur vera dilectio ⁊ ſtabilis.quia dominus omnium dilexit illam.ſed omnis dilectio cauſatur ex quadam ſimilitudine et equanimitate dominus dilexit illam maxime ratione duarum virtutum in quibꝰ aſſimilatur ei.et ſunt iſte.ſcilꝫ pulcritudo.⁊ fortitudo. Pulcritudo non tantū corporis ſed virtutis.nam filius dei ſpecioſus eſt forma pre filijs hominū vt dicit pſalmiſta.et huic pulcritudini comparata eſt hec virgo.naꝫ de ea dicit chriſtus. Specie tua ⁊ pulcritudine tua intende ⁊c̄. Ipſa etiam aſſimilatur domino in fortitudine.quia dominus decorem ⁊ fortitudinēꝫ indutus eſt. Sic etiam hec virgo manum ſuam miſit ad fortia ⁊ in virtute fortitudinis viriliter accincta gladio ſuper inſidias dyaboli triumphauit ergo hec ſequentia in laudem eius eſt compoſita. ¶ Tercio nota.ꝙ ſyon eſt mons iuxta ciuitatem hieruſalem ſituatus.et ſuper illum montem edificata eſt ciuitas dauid.et interpretatur ſyon quaſi ſpeculatio.et ſignificat quamlibet animam ſpeculantem de ſupercoeleſtibꝰ.vnde dicit Eſaias Super montem excelſum aſcende tu qui euangeliſas ⁊c̄. Et iſte anime cōtemplatiue munde ſunt et impollute perſeuerantes in virginitate ⁊ caſtitate.quia chriſtus ſiue agnus ſine macula eſt ſponſus illarum. Nam in ſe ipſo chriſtus virgo ⁊ filius virginum merito ſponſus virginum appellatur.quia ipſe eſt rex filiarum ſyon in quo exultabunt.quia regnant in eis. ſicut dicit per Eſaiam. In ſyon regnabit deus tuus.

¶ Pro terminis nota.editus ta tum.eſt participiū preteriti temporis a verbo paſſiuo edor deriuatum.⁊ ſignificat hic manifeſtare.

**Hoc miratur ſerpens antiquus calcaneum eius obſeruabat callidus. Qui nocere dum machinatur ſub pedibꝫ femine caput eius teritur.**

Hic autor deſcendit ad ꝓbãdũ illa q̃ ꝑus dicta ſunt de ꝯſtãtia virginali dicẽs (antiquus ſerpens) .i. dyabolus exiſtẽs inimicꝰ caſtitatis (callidus) .i. aſtutus (miraẜ hoc) ſcꝫ ꝙ tam debilis tam viriliter domuit carnem ſuam. ⁊ ſic ſpernẽs (obſeruabat) .i. ſequebaẜ (calcaneum) .i. tranſitũ (eius) ſcꝫ virginis (qui) ſcꝫ dyabolus (dũ) .i. qñ (machinaẜ) .i. ſtudet vel laborat (nocere) id eſt dãnũ inferre (caput eiꝰ) ſcꝫ dyaboli (teriẜ) .i. ꝯculcaẜ (ſub pedibꝫ femine) id eſt virginis.

**Inſidias hoſtis hac chriſte docuiſti virginem vincere in prima congreſſione**

Conſtrue (O xp̄e tu docuiſti) .i. informaſti (hãc virginẽ) ſcꝫ ſctãm (vincere) .i. ſupare (in ꝑma ꝯgreſſione) .i. in ꝑma pugna (inſidias) id eſt deceptiones (hoſtis) id eſt dyaboli.

**Dum non conſentiret ſed illi reſiſteret. vincere qui ſolet tentatos ſi non repugnent. Quem hec virgo reſiſtens a ſe fecit fugere. quo fugato appropinquauit tibi domino**

(Dum) .i. qñ. ſcꝫ ꝟgo ſctã (nõ ꝯſentiret) .i. ꝯſenſum daret (ſꝫ reſiſteret) .i. reluctaret (illi) ſcꝫ dyabolo (qui) dyabolus (ſolet) .i. ſolitꝰ eſt (vincere) .i. ſupare (tentatos) ſcꝫ ab eo (ſi nõ repugnẽt) .i. reſiſtent (quẽ) ſcꝫ dyabolũ. (hec ꝟgo) ſcꝫ ſctã (reſiſtẽs) .i. rebellãs (fecit) .i. cogit (fugere) .i. recedere. (a ſe) .i. ab ipſa (quo) ſcꝫ dyabolo (fugato) .i. expulſo (appropinquauit tibi) ſcꝫ xp̄o exñti (dño) .i. deo Notandũ au. loquiẜ hic de antiquo ſerpente .i. de dyabolo quẽ Johes in apoca. vocat draconẽ magnũ ⁊ accuſatorẽ fratrũ. q̃ ꝓiectus eſt de celo ꝑ victoriã michaelis. Iſte ꝯtinue inſidiaẜ hominibꝫ rõne eius inuidie. qꝛ aĩa fidelis regnũ eiꝰ poſſidet. ¶ Scðo nota. autor tãgit in lr̄a verba Geñ. vbi deꝰ maledixit ſerpenti dicẽs. Ponã inimicicias inter te ⁊ mulierẽ. ⁊ tu inſidiaberis calcaneo illius. ⁊ ipſa ꝯteret caput tuũ. Hec ꝟba fuerũt ꝑſagiũ omniũ virginũ in caſtitate militantium et ꝑncipaliter virginis marie. q̃ in partu ſuo ꝯtriuit caput dyaboli .i. dyabolicas poteſtates. Et in ꝟtute huiꝰ ꝟginis q̃libet fidelis aĩa ꝑt inſidias dyaboli ꝯterere. nã ipſe eſt mille artifex. de quo dt apl's ꝑmuniẽdo ꝟgines de inſidijs dyaboli. Nolite ſeduci ipſe angelus ſathane tranſfigurat ſe in angelũ lucis. Sed hec ꝟgo in ſua fortitudine ꝯmendaẜ. qꝛ in ꝑma ꝯgreſſione ſerpentẽ antiquũ deuicit. ⁊ ideo ſuſcepit triũphũ glorie. Vñ ad cõmẽdationẽ ꝟginis dt beatus Augꝰ. Nulla carnis fecunditas virginitati pt ꝯparari. cedat huic om̄is fecũditas. om̄is pudicicia ꝯiugalis. vñ Hiero. Nuptie replent terram. virginitas paradyſum Item virginitas facit hominem deo dilectum. vnde Beda. Sicut chriſtus in ſumma paupertate natus eſt vt paupertatem diligere oſtenderet. ita ipſe de virgine natus eſt.

vt ſe decus virginitatis diligere manifeſtat. vñ Hiero. Plus amat xp̄us virgines que ſponte deo vouent caſtitatem Pro terminis nota. miroꝛ eſt verbum deponentale p̄me ꝯiugationis. Sꝫ ꝯgreſſio eſt nomen fē͞i generis tercie declinationis deriuatū a verbo congredioꝛ. Sꝫ reſiſto ē ꝟbuꝫ tercie ꝯiugationis ꝯpoſitum a re ⁊ ſiſto ⁊ ſignificat contrariari

**Nunc inter virgines adducta poſt eam que mater eſt intacta virginum virginis marie digna eſt pediſſequa**

¶ Hic autoꝛ ꝓbat dictū ꝓpheticū in p̄ncipio poſitū ꝑ glorificatōem huiꝰ ꝟginis ⁊ remuneratione͞ huiꝰ certamis dicēs. O xp̄e hec ꝟgo eſt (nūc) id eſt in p̄n̄ti (adducta) .i. recepta .ſ. in regnū celoꝝ. ⁊ locata (inter virgines) ſcꝫ beatas. ⁊ collocata (poſt eam) .i. illā .ſ. mariam (que) .ſ. ꝟgo maria (ē intacta) .i. īmaculata (mater) ſcꝫ dn̄i ieſu .ſ. (eſt) id eſt exiſtit (digna pediſſequa) id eſt famula ſeu ancilla (marie virginis virginū) ſcꝫ que per excellentiam virgo virginum dicitur.

**Te agnum ſine macula iam ſequitur ſtola candida filium virginis quocunqꝫ virginum flos ierit. Cuius interceſſione nos tuere.**

¶ Ipſa em̄ virgo q̄ hic in mūdo militauit induta veſte innocentie ⁊ caſtitatis (ſequitur) .i. imitat̄ (iam) .i. in p̄n̄ti (te) ih̄m xp̄m (agnū ſine macula) .i. īmaculatū (cādida ſtola) .i. ſplendida veſte (filiū ꝟginis) .ſ. marie (q̄cūqꝫ) .i. ad que͞ locū (flos ꝟginū) .i. ꝟgo maria q̄ dꝛ flos ⁊ decus oīm ꝟginuꝫ (ierit) .i. tranſierit (cuiꝰ) ſcꝫ ꝟginis (interceſſione) .i. precibus ⁊ meritis. o xp̄e (tuere) .i. defende ⁊ protege (nos) ſcꝫ xp̄ianos

Notādū. in hac littera tangūt̄ due ꝓphetie q̄bꝫ ꝓphetatū eſt regnū celorū qđ ꝯgregat̄ ex aiabꝫ fidelibꝫ ⁊ īmaculatis. xp̄s em̄ nr̄ legifer ſm̄ ap̄lm̄ ſurrexit a mortuis p̄mitie dormiētiū. ⁊ hūc ſeq̄mur ꝯſurgendo ⁊ btā ꝟgo aſſumpta eſt vt ip̄am oēs ꝟgines ⁊ omnes fideles aīe ſequant̄. nam de ea ſcribit p̄s. Adducent̄ regi virgines poſt eā .ſ. btām ꝟgine͞ ⁊ ꝓxime eiꝰ adducent̄ regi xp̄o in leticia ⁊ exultatione. ⁊ adducent̄ in tēplū regis .i. thronū eternitatis. vbi erūt pediſſeque iſtius ſumme virginis. Sed alia ꝓphetia ſcribit̄ in Apoc̄. nam Joānes in viſione interrogat. Qui ſunt hi. ⁊ dicit angelus. hi ſunt qui cū mulieribꝫ non ſunt coinquinati. virgines em̄ ſunt et ſequūtur agnum quocunqꝫ ierit. illum ſcꝫ agnum qui occiſus eſt ⁊ lauit nos a peccatis ſanguine ſuo. ⁊ iſte agnus immaculatus filius virginis eſt et ergo merito habebit ipſa ſequentes. Et q̄m omnes iſte ꝟgines in gloria eternitatis ſequūtur filium virginis qui eſt mediatoꝛ inter deū patreꝫ et peccatores. ergo merito autoꝛ oꝛat vt ſancte virgines nos protegāt ſuis precibꝫ ⁊ defendant Pro terminis nota. adductus adducta adductū eſt ꝑticipium p̄teriti tempoꝛis a verbo adducoꝛ deriuatum. quod cōponitur ab ad ⁊ ducoꝛ. Sed pediſſequa eſt nomen feminini generis ⁊ deriuatur ab illo nomine pes pedis. ⁊ ab illo verbo ſequoꝛ ſequeris. ⁊ eſt ancilla ſequens dominam ſuam.

# De virginibus.

Aude celeſtis ſponſa. Summi regis iam templũ in/
greſſa. Ad regale iam conuiuiũ ducta Et mox intra
tura cubilis ſecreta ſemper virgo manſura. Filius regis ama
tor caſtitatis ſeruat locum pudoris

¶ Iſta ſequẽtia decantatᷣ in feſto ſanctaꝝ virginũ. ꝛ p̄t diuidi in tres ꝑtes
Primo alloq̄tur ſanctas ꝟgines ipſas ꝯmendãdo. Scd̄o tangit q̄ꝛo cui
libet virgini ſuſcepte in celũ obuiare dꝫ chorꝰ virginũ ꝛ decantare xp̄o lau/
dem. ibi. huic ſponſo. Tercio dirigit petitioneꝫ ad xp̄m. ibi. ad talia tu nos
gaudia. Dicẽs p̄mo ſic. O (celeſtis ſponſa). i. o b̄tã ꝟgo. tu (gaude). i. le/
tare. q̄ (ingreſſa) ſcꝫ es. i. que introiſti (iam). i. modo (templũ). i. diuinam
gloriam (ſummi regis). i. om̄ipotentis dei (ducta). i. vocata (ad regale cõ
uiuium). i. ad celeſte ꝯuiuiũ (ꝛ mox). i. ſtatim (intratura ſecreta). i. archa
na (cubilis). i. regni celeſtis (mãſura). i. ꝑmãſura (ſemꝑ). i. eternaliᷣ (vir/
go) qꝛ (filius regis). i. dei oı̄potentis exñs (amator caſtitatis). i. ꝟginitatꝭ
(ſeruat). i. retinet (locũ pudoris). i. clauſtra pudicicie Notanduꝫ circa
lr̃ãm ꝙ ſancte ꝟgines merito debent gaudere. qꝛ meritũ ꝟginale capit cen/
tuplũ fructũ. Eſt em̄ ꝟginitas theſaurus. q̄ ſi ſemel amiſſus fuerit recupe
rari non p̄t. ꝛ ergo dꝛ. ꝙ virginitas ſit recepta ad regale ꝯuiuium. Licꝫ em̄
aliqui in celo ineſtimabili gaudio fruãtur. nunq̄ꝫ tamen ad hoc ſpeciale cõ
uiuium virginale perducuntur.

Huic ſponſo venienti virgines omnes obuiate. Ferte lã/
pades iam ardentes in vaſis oleum ſimul deferentes

¶ Hic autor tangit q̄ꝛo xp̄o ſponſo venienti obuiare debet chorus virgi
num. ꝛ decantare xp̄o laudem dicens. O (omnes ſancte virgines. obuia/
te). i. occurrite (ſponſo). i. xp̄o (veniẽti) ſcꝫ de celo. ꝛ (ferte). i. portate (iã)
id eſt iſto tp̄e (lampades ardentes). i. ꝯburentes. hoc eſt bona opera (de/
ferentes). i. habẽtes (oleũ). ſ. miſericordie (in vaſis). i. veſtris lampadibꝫ.

Et regium feſtinanter adornate thalamũ. Et regi regum
decantate canticum ſolis virginibus decantandum

¶ Et vos virgines (adornate) id eſt decorate (feſtinanter regium thala/
mũ) id eſt habitaculum omnipotentis dei (ꝛ decantate) id eſt laudem ex/
hibete (canticum) id eſt carmen leticie (regi regum). i. chriſto filio dei. ſcꝫ
qd̓ canticum (decantandum) eſt (ſolis virginibus)

Ianua patet que parate ſunt intrent. Cum ſponſus venit
quis eum ſequi poſſit omnis virgo memor ſit.

¶ Ianua regni) ſcilicet celeſtis (patet) id eſt aperta eſt (intrent) ſcꝫ per eaꝫ
ad celeſtem gloriam. ſ. virgines (que ſunt parate) id eſt electe (omnis vir/
go ſit memor) id eſt recordetᷣ iſtius (cum ſponſus venit) id eſt intrabit re/
gnum celorum (quis hominum poſſit eum) ſcꝫ populum (ſequi). i. imitari

¶ Notandũ autoꝛ in lr̄a ponit quandã ſilitudinem ꝙ regnũ celoꝝ ꝯpat
decem ꝟginibꝫ quaꝝ q̇nqꝫ erãt prudẽtes ⁊ q̇nqꝫ fatue. q̄ ſil' vocate ſunt ad
nuptias. prudẽtes acceperũt oleũ ſecũ cũ lãpadibꝫ ⁊ veniẽte ſponſo dormi
tauerũt oẽs. ⁊ media nocte clamoꝛ factus eſt. ecce ſponſus venit exite obui
am ei. prudẽtes (q̇ oleũ habebãt) venerũt obuiam ſponſo accẽdẽtes lãpa
des ſuas. fatue nõ h̄ñtes oleũ dixerũt prudẽtibꝫ. date nobis de oleo vr̄o.
qm̄ lãpades nr̄e extinguũt. Prudẽtes r̄ñderũt. ne forte nob ⁊ vob deficiat
ite poti᷒ ad vẽdẽtes ⁊ emite vobis Et interim ſpõſus venit ⁊ prudentes
introierũt cũ eo ad nuptias ⁊ clauſa eſt ianua. veniẽtes aũt fatue ⁊ pulſan
tes dixerũt. dñe aperi nobis R̄ñdit ſpõſus. amẽ amẽ dico vob neſcio vos
Nota ꝑ decẽ ꝟgines intelligit̄ eccl̄ia q̄ diſtinguit̄ ꝑ duos q̇narios ꝑ q̇n
qꝫ ſenſus q̊s de᷒ dedit vnicuiqꝫ. Q꞉ oẽs acceperũt lãpades ſecũ ſ̄cat op̱a
bona q̄ op̱ate ſ̄t. ⁊ ꝙ fatue nõ habebãt oleũ ſ̄cat ꝙ nõ q̄ſiuerũt diuinã lau
dem. ſꝫ exterius h̄ũanã laudẽ ⁊ ſponſo veniẽte oẽs dormierũt. h̄ ẽ ante diẽ
iudicij oẽs moriemur. ſꝫ media nocte clamoꝛ fact᷒ eſt. h̄ ẽ in die iudicij per
vocẽ tube ſonãtis oẽs ſil' reſurgem᷒. ⁊ tũc prudẽtes oꝛnabãt lãpades ſuas
ꝑ ſecreta op̱a q̄ fecerũt. ⁊ tũc fatue q̄ de op̱ibꝫ bonis laudẽ h̄ũanã ſumpſe
runt nõ h̄ñtes oleũ. i. op᷒ meritoꝛiũ dicẽtes. date nobis ⁊c̄. id ẽ date tm̄ te
ſtimoniũ de nob. q꞉ ſcitis ꝙ reputati eram᷒ bri in mũdo. tũc prudẽtes di
xerũt. ite ⁊c̄. q̄ſi dicerẽt nos nõ habem᷒ teſtimoniũ dare de vr̄is ꝯſcientijs.
vix em̄ poſſum᷒ iudicare ꝯſcias nr̄as. ite poti᷒ ad vẽdẽtes ⁊c̄. id ẽ ad adu
latoꝛes q̇ ſolent facta vr̄a ꝯmẽdare. ⁊ interim ſpõſus. ſ. xp̄s venit reddẽs
vnicuiqꝫ iuxta op̱a ſua. ⁊ ꝟgines prudẽtes intrabunt cũ eo. i. hoĩes q̇ bene
egerũt in hac vita. Tũc fatue clamabũt. dñe aperi nobis fac' nobis iuua
men. tũc xp̄s r̄ñdit. Amen dico vobis. q꞉ neſcio vos. quaſi diceret. ampli᷒
nullã facio miſericoꝛdiã. ſed puram iuſticiam. Sic ergo fatue amiſerũt ce
leſtia regna ita ꝙ nullam miſericoꝛdiam ſunt conſecute

**Ad talia tu nos gaudia perduc chriſte redemptoꝛ ꝑ te me
moꝛ ſponſe iunges illi ſperantes in te.**

¶ Hic autoꝛ dirigit petitionẽ ad xp̄m dicens. O (xp̄e redẽptoꝛ). i. libera
toꝛ. ſ. ꝑ ſanguinẽ tuuꝫ (tu ꝑduc nos ad talia gaudia) ſcꝫ ſempiterna. tu (ſis
memoꝛ ſponſe). i. eccl'ie xp̄iane (ſperantes). i. ſpem firmã habentes (in te)
id eſt in tua miſericoꝛdia (ꝑ te). ſ. xp̄m (iunges) id ẽ aſſocias (illi). ſ. regno
celeſti Notãdũ autoꝛ hic d̄r ꝙ xp̄s dꝫ ſaluare eccleſiã ideo. q꞉ redemit
eum ſuo p̄cioſiſſimo ſanguine. ⁊ illud dꝫ ſeruare in memoꝛiã ⁊ eccleſie da
re vitã eternã q̄d det nobis ih̄s xp̄us filius dei viui in ſecula ſeculoꝝ amen.

**Sallat eccleſia mater illibata et virgo ſine ruga ho
noꝛem huius eccleſie**

In dedicatione templi

¶ Hic autoꝛ deſcribit aliud canticum in quo generaliter omnia canti
ca ſequentiarum clauduntur. ⁊ eſt de dedicatione templi ⁊ inter alia canti
ca obtinet vltimũ locum. q꞉ hoc feſtũ non reſpicit determinatum temp᷒
anni ſed in diuerſis locis ſub diuerſis tempoꝛib᷒ celebratur. ⁊ diuidit̄ iſta

# De dedicatione templi

ſequētia in tres partes. In pͥma pte hoꝛtaꝛ ꝑplm ad laudes decantandas
in dedicatione temploꝝ. In ſcđa pte ꝯpat templū noſtꝝ materiale ad tē-
plum celeſtis patrie. In tercia deſcribit ꝟtutes ꝛ effectus tēploꝝ noſtroꝝ
ex iubilatione dei ꝓuenientiū. ſcđa ibi. hec domus aule. tercia ibi. hic noua
ꝓlem. Quantū ad pꝛimū dr ſic (Eccleſia). i. tota xp̄ianitas exiſtens (illi-
